

Naa. 13.

E

H

H

I

A P

ΕΡΜΕΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ
ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ

HERMIAE PHILOSOPHI
GENTILIVM PHILOSOPHORVM
IRRISIO

CVM ADNOTATIONIBVS
HIER· VVOLFII THOMAE GALEI
VVILH· VVORTHII SVISQVE

GRAECE
IN VSVM PRAELECTIONVM
SEPARATIM EDIDIT
IO·CHRISTOPH·DOMMERICH
DIALECT· ET PHILOSOPH· PRIMAE PROFESSOR
P· O· IN ACADEMIA HELMSTADIENS·

HALAE
APVD CAROLVM HERMANNVM HEMMERDE
M D C C L X I I I I

KÖN.PRIER
UNIVERS.
ZV HALLE



LECTORI



Studio philosophico, via ac ratione collocando, quam utilis sit philosophiae historia, qui ignoret, credo fore neminem, nisi omnis frugiferae et fructuofae philosophiae plane expertem. Quid enim, quaeso, philosophari aliud est, quam verum videre, caussasque, quibus illud continetur, cum ratione atque intelligentia nosse. Non vero vni datum est

A 2 homini,

❧ ♀ ☰

homini, ut, dispulsis, quibus verum includitur, tenebris, explicatisque, quibus errores obteguntur, velamentis, penitus abditas rerum caussas, verique indolem acutius perspiciat. Ad intimorem hanc perspicientiam non admittitur, nisi, qui, cognitis aliorum aberrationibus, ab illorum lapsibus sedulo sibi cauet, rectaque cum sapientioribus ac prudentioribus procedit via. Philosophiae historia vtriusque accurate expressam exhibet tabulam, in quam intueri non potest, qui cum ratione philosophiam tractare noluerit. Dogmatici enim isti philosophi, qui ex formula quadam, quam vsu et crebriori exercitatione memoriae mandarunt, aut ex libellis suis, aliorum suaequae auctoritati inaedificatis, doctrinas philosophicas, quarum fata, auctores, aduersarios et defensores ignorant, recitant, tamquam ex tripode, si dis placet, pronuntias, veri

❧ ☰ ❧

veri inquirendi ac differendi viam vel
ipſi plane ignorant, vel destinato consi-
lio deserunt.

In tradenda vero philosophiae histo-
ria, quae sapientiae vita, memoria, lu-
men recte appellatur, ea via inceden-
dum esse puto, non ut ex scriptoribus
recentioribus ea tantum addiscatur, sed
ipſi veteres philosophi adeundi sunt, in
illisque cum accurata sollertia versandis
iuuenum studium exercendum est.
Praeter hos philosophiae, eiusque hi-
storiae fontes consulendi potissimum
sunt ex antiquioribus scriptoribus, qui
data opera philosophiae fata exposue-
runt, philosophorumque vel vitas vel
dogmata posteris tradiderunt.

Ad hos cum Hermias, auctor vetu-
ſtus, idemque philosophus graecus,
iure suo referatur; haud enim inueniu-
stum philosophicae historiae praesidium
eius Διασυρμὸς τῶν ἔξω Φιλοσόφων, genti-

¶

• *lium philosophorum irrisio* nobis praestat: quoties philosophiae historiam in hac alma Academia publice tradidi, ornatissimos atque humanissimos, qui me audiuerunt, iuuenes, illum ut diligenter legerent, adhortatus sum. Retardauit vero diligentissimorum studiosorum alacritatem, immo sitim plane extinxit, summa libelli raritas, eiusque editionum paucitas. Numquam enim ante hac separatim editus est Hermeas, neque, quantum ego scio, in Germania vñquam iunctim cum aliis, praeter Vuitebergensem istam Iustini Martyris editionem, de qua deinceps plura. Accedit, quod omnes fere istae, cum aliis scriptoribus coniunctae, editiones tam sunt a nostris temporibus ac terris remotae, ut rara illarum comparandarum sit occasio.

His

His ego rationibus inductus, animum ad Hermiam, separatim foras dandum, applicui, cuius studii quam adhibuerim rationem, statim post explicabo, quam eorum, quae supra a me dicta sunt, fidem, recensendis huius auctoris editionibus, feci.

De codicibus Hermiae mss. pauca sunt, quae hoc loco a me adferri poterunt. Adfuit olim in splendidissima Fuggeriana Bibliotheca Augustana codex ms. ex quo primam suam editionem depromisit Raphael Seilerus, sicuti in illius dedicatione, praefationis locum occupanti, testatur. Meminit quoque Lambecius in Comment. de Biblioth. Vindob. lib. VII. p. 54. codicis ms. in Caesarea Bibliotheca custoditi, chartacei in fol. qui ccxxxxviii. foliis constat, atque olim Sebastiani Ericii fuit, in cuius fol. ccxxxxvi. p. I. usque ad fol. ccxxxxviii. pag. 2. hic

supsi

A 4

Her-

❧ ♚ ❧

Hermiae *Διασυνεργείας* descriptus legitur.
Quartum in hoc codice locum Hermias
occupat. Praeterea Vuilh. Vuorthius,
in praefatione sua editionis, Vossiani
codicis leuissimam mentionem facit.
Ac tamdem Thomas Gale, Eboracen-
sis Ecclesiae Decanus, Hermeae codi-
cem manu scriptum habuit. Praeter
hos quatuor plures inuenire, neque
mihi, neque aliis contigit. Ita enim
Vuorthius in praefatione Tatiani con-
queritur : *Neque enim suppetere mihi*
in Bibliothecis nostris MS. Codicem, cu-
ius ope huius Διασυνεργείας loca quaedam ma-
nifeste mendosa sanari poterant : *immo*
ne quidem per uniuersam Galliam reperiri
tractatus huius exemplar aliquod manu
exaratum edocitus sum litteris supra lau-
dati D. Lequien. In augusta Bibliotheca
Guelpherbytana frustra quoque il-
lud indagavi.

Neque



Neque tantam editionum esse copiam, ex iis, quae nunc sequuntur, videbimus. Scilicet I. lucem vidi ex Io. Iacobi Fuggeri codice cum versione latina Raphaelis Seileri, Augustani, Basileae per Ioannem Oporinum 1553.
8. Subnexus est Demetrii Cydonii de contemnenda morte orationi. Seilerus iuuenis, postea Camerae Imperatoriae Assessor, generosissimis Fuggeri fratribus germanis hanc editionem dicauit, quae in ora emendationes quasdam exhibet, quas suo loco adnotabimus.
II. Inter veteres aliquot Theologos graecos orthodoxos, excusos Tiguri A. 1560. fol. graece et latine, curante Gesnero, locum obtinuit noster. Horum scripta sunt Canones SS. Apostolorum et XIII. Conciliorum, Ignatii Epistolae, Athenagoras, Aeneas Gazaeus, Demetrius Cydonius, Hermias et Agapetus. III. Tertia vice prodiit

A 5

cura

❧ ☸ ☦

cura et studio Hieronymi Vuolfii, qui
hunc libellum cum suis adnotationibus
subiunxit Tabulae compendiosae de
origine, successione, aetate et doctri-
na veterum philosophorum, ex Plutar-
cho, Laertio, Cicerone et aliis eius
generis scriptoribus a G. Morellio Ti-
lianico collectae, Basileae ex officina Her-
nagiana 1580. 8. Complectitur hic li-
ber 1. ipsam Morellii Tabulam 2. Se-
riem philosophorum et sectarum eorum
praecipuarum, a Thalete, et Socrate in
primis, vsque ad Ciceronem deductam
D. Dauidae Chytraeo auctore. 3. Hier.
Vuolfii in tabulam Morellii Tiliiani ad-
notationes. 4. Hermiae irrisionem cum
Seileri versione, et Hier. Vuolfii adno-
tationibus. 5. Desiderii Iacotii, Vando-
perani, de philosophorum doctrina, ex
Cicerone. 6. Hier. Vuolfii progymna-
smo scholasticum in aliquot Ciceronis
sententias, graece latineque conuersas,

et



et accurate explicatas. 7. Gregorii Nazianzeni Αλφαριτον ἡθικὸν, morale A B C graeco latinum, cum eiusdem H. Vuolfii explicatione. 8. Epistolam Matthiae Schenckii, cum eiusdem epiphisiis. Horum alterum et quintum opusculum digna duxit Gronouius, quae Tomo X. Thesauri Antiquitatum graecarum inseruerit. Quod ad nostrum libellum attinet, emendationes ex margine editionis Seileriana fere omnes textui inseruit Vuolffius, insuper alias nonnullas tentauit, verbosioresque adnotationes addidit, in quibus saepius ἀλλοργοποιεῖ: de quibus infra. IIII. Graece et latine iterum prodit cum castigationibus Frontonis Ducae in Auctario Ducaeano s. Bibliothecae Patrum Paris. 1624. fol. Tomo I. V. Ad calcem Iustini Martyris Paris. 1615. et 1636. VI. Iuxta alteram Parisinam 1636. editio Coloniensis, sive Vuiteber-

❧ ♣ ❧

bergensis potius, indicante Tenzelio
in Dissert. Sel. p. 165. apud Ieremiam
Schrey et Heinr. Ioh. Meyerum ex-
pressa est A. 1686. fol. Iustinum M.
Athenagoram, Theophilum, Tatia-
num et Hermiam complexa, graece
et latine. Denique VII. cum Thomae
Galei codice collatus, additis eiusdem
Galei et Vuilh. Vuorthii notis, ad cal-
cem Tatiani. Oxoniae 1700. 8. qua
de editione ipse Galeus clarissimo viro
D. Ioanni Millio, S. Th. P. scribit:
*Nudius tertius accepi tuas, doctissime
Milli, in quibus variantes Lectiones ad
Hermeam Philosophum ex meo Codice
MS. petebas. Ego, vti vides, nulla
mora, postulationi tuae respondeo. Pote-
ras hanc opellam, iure tuo, a me exi-
gere; tua enim opera prolixe usus sum,
iam longo tempore, in huiusmodi rebus.
Tui interim sit arbitrii, an Schediasma
istud seorsim ad finem eorum, quae eru-
ditus*



ditus Editor scribet in Hermeam, an interpolatim compareat. Vale. Eboraci Febr. 27. A. D. MDCC. Editor autem Vuilhelm. Vuorth, A. M. in prae-
fatione de Galei, suaque in hoc scri-
ptore recensendo opera ita sentit: Sol-
licitum me de Codice MS. cuius ope
huius Διασυνημῆς loca quaedam manifeste
mendosa sanari possent, subleuauit mox
Aulae nostrae Principalis longe dignissi-
mus, cuius auspiciis Opus hoc aggressus
sum. Aiebat enim D. Thomam Gale,
Eboracensis Ecclesiae Decanum, quo ne-
mo doctior, ac doctorum amantior, Her-
miae Codicem manu scriptum habere; se-
que variantes eius lectiones ab Amico suo
singulari illico impetraturum fore. Id
quod certe factum. Interpellatus hac de
re litteris vir ille doctissimus, post paucos
aliquot dies, non modo Codicem suum
cum excusis haud grauate contulit, sed
et pro studio suo in bonas litteras propen-
sissimo,

¶  ¶

fissimo, etiam Observatiōnibus suis ex tempore quidem fusis iis, longe tamen doctissimis, nostrum hunc illustrauit Διαστολη. Has quidem, pro quibus maximam viro illi optimo iuxta mecum habituri sunt gratiam, omnes, quibus humaniores litterae cordi, integras dedimus, una cum ipsius Epistola. Adnotatiunculas nostras quod attinet, id unum dicam, me pro virili mea in id incubuisse, ut locis, quae ab aliis vel haud satis explicata videbantur, vel etiam sicco pede praeterita erant, illustrandis de Tatiano et Hermia bene mererer. Quorum duumuirorum notas cum haec nostra editio sistat integras, de illarum pondere ipse lector iudicabit optime. Latinas editiones, in Bibliothecis Patrum repetitas, hic plane omittam. Ceterum de his editionibus omnibus consule I. A. Fabricii Biblioth. Graecae Libr. V. c. I. p. 96. 97. et cel. lac.
Bru-

❧ ❧

Bruckeri Histor. Crit. Phil. Tom. III.
Per. II. Part. II. Lib. I. cap. III. p. 407.
408.

Restat, ut huius, quae nunc prodit,
editionis rationem paucis explicem.
Fundamenti loco Oxoniensem illam
posui, cuius et textum, in quem in-
genio nostro vel coniecturis nihil licere,
cum criticorum perspicacioribus, arbi-
trati sumus, et adnotationes integras
Galei et Vuorthii, sui quasque au^to-
ris littera prima significatas, hic sisti-
mus. Praeter hanc, primam sc. Sei-
lerianam, Vuolfianam et Vuitteber-
gensem, quarum nobis tantum po-
tetas fuit, in subsidium vocauimus, vnde
lectionis varietatem, emendationes et
adnotationes quasdam suppeditamus.
Altera enim Parisina, quae in Acade-
miae nostrae Bibliotheca instructissima
adest, cum Vuittebergensi plane ea-
dem est, vnde noui nihil ad nos, rem-
que

❧ ♚ ❧

que nostram transferri potuit. Ex Hieron. Vuolfi adnotationibus illas selegimus, quae criticae magis videbantur, quam theologicae. Has enim prorsus omisimus; vnam atque alteram historicam passim quoque decerpsumus: omnes vero integro Vuolfi nomine indicauimus. Quas tantorum virorum animaduersionibus adiecimus, adnotatiunculae nostrae, quarum, nullum habere, signum est, et criticae sunt et philosophicae. Excursum nonnumquam fecimus in ipsum philosophiae campum, ut auditores nostri recte philosophari discant, quem ita tamen arcte definiuimus, longius ut nos euagatos, vix quisquam culpare iure possit. Quae ad philosophiae historiam faciunt, copiosius exposuimus, ut auctori lumen, ubi opus esse videbatur, accenderemus. Saepius libros tantum, qui plura suppeditant, indicaui-

❧ ♐ ❧

cauimus, praesertim cum in praelectio-
num vsum, vbi perpetuis commenta-
riis auctorem illustramus, hic liber
prodeat. Hanc ob caussam neque la-
tinam Raph. Seileri versionem addere
volui, vt et emtorum sumtibus parce-
rem, et graecae linguae studium, hac
via, quam hodie plures vtiliter ingre-
diuntur, acuerem, souteremque: qua
harum litterarum periti aegre certe
non carebunt. Totius libelli partitio-
nen in segmenta ex Oxoniensi in nostram
editionem transtulimus: ne tamen tex-
tus legendi commoditas atque attentio,
vel notarum, infra textum statim po-
sitarum, copia, vel numeris turbetur,
notas omnes, secundum sectiones quas-
que disperitas, illi in calce subnecte-
re placuit. Qualibuscumque his no-
stris, et subcesuis quasi, laboribus,
LECTOR, in bonarum litterarum et
philosophiae, quae arctissimo sane vin-

TOIMEN

B

culo



culo connectuntur, commoda, beni-
uole vtere, pluresque historiae philo-
sophicae fontes, si hoc tibi studium
approbauero, a nobis exspecta. Vale,
nobisque faue. Scribeb. in Academia
Iulia Carolina Idibus Febr. A·R·S

MDCCLXIII



EPMEIOT

ΕΡΜΕΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ

B 2

ΕΡΜΗΝΙΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΖΩΜΥΖΑΙΑ
ΖΩΦΟΙΔΑΙ ΖΕΓΙ ΛΕΤ



a.

Παῦλος, ὁ μακάριος Απόστολος, τοῖς τὴν
Ελλάδα, τὴν Δακωνικὴν παροιῆσι
Κορινθίοις γράφων, ὃ ὡγεσπιτοὶ, ἀπεφύνατο
λέγων· ἡ σοφία τῆς κόσμου τέττα μωρία παρὰ
τῷ Θεῷ. ὅτι ἀπόκτως εἰπὼν· δοκεῖ γάρ μοι τὴν
ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἄγγελων ἀποστο-
λίας. διὸ ἦν αἰτίαν ἐδὲ σύμφωνα, ἐδὲ ὄμολογα
οἱ φιλόσοφοι πρὸς ἀλλήλες λέγοντες, ἐκτίθεν-
ται τὰ δόγματα.

B 3

B.



β.

Οἱ μὲν γάρ Φασιν αὐτᾶν, Ψυχὴν εἴναι τὸ
πῦρ, οἶον Δημόκεριτος· τὸν ἀέρα, οἱ Στωϊκοὶ· οἱ
δὲ τὸν νῦν· οἱ δὲ τὴν κίνησιν, Ηράκλειτος· οἱ δὲ
τὴν ἀναθυμίασιν· οἱ δὲ δύναμιν ἀπὸ τῶν ἀττικῶν
ἔργων· οἱ δὲ αἰριθμὸν κινητικὸν, Πυθαγόρας·
οἱ δὲ ὑδωρ γονοποιὸν, Ιππων. οἱ δὲ σοιχεῖον ἀπὸ
σοιχείων· οἱ δὲ αἱμονίαν, Δεινορχος· οἱ δὲ τὸ
αἷμα, Κειτιας· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα· οἱ δὲ τὴν μο-
νάδα, Πυθαγόρας· καὶ οἱ παλαιοὶ τὰς ἐναντίας
πόσσοι λόγοι περὶ τέτων; ἐπιχειρήσεις πόσσαι;
πόσσαι δὲ καὶ σοφισῶν ἐριζόντων μᾶλλου, ἢ τ' α-
ληθέες εὑρισκόντων;

γ.

Αλλὰ γάρ ἔτσι· σασιώζεσι μὲν περὶ τῆς Ψυ-
χῆς, τὰ δὲ λοιπὰ περὶ αὐτῆς ὄμονοῦντες ἀπε-
φύγωντο; καὶ ἄλλοι τὴν ἡδονὴν αὐτῆς, ὁ μέν
τις ἀγαθὸν καλεῖ, ὁ δέ τις κακὸν, ὁ δ' αὖ μέσον
ἀγαθῆς καὶ κακῆς. τὴν δὲ Φύσιν αὐτῆς, οἱ μὲν

αἱθά-

αὐθάρατόν Φασιν, οἱ δὲ Θυητὴν, οἱ δὲ πρὸς ἐλ-
γον ἐπιδιαιμένεσσαν, οἱ δὲ αὐτοθηριῶσιν αὐτὴν, οἱ
δὲ εἰς ἀτόμες διαλύστιν, οἱ δὲ τρίς ἐνσωματεῖ-
σιν, οἱ δὲ τριχιλίαν ἐτῶν περιόδες αὐτῇ ὅρίζεσσιν.
καὶ γὰρ οἱ μηδὲ ἑκατὸν ἔτη ζῶντες, περὶ τρισθι-
λίων ἐτῶν μελλόντων αἰπαγγέλλονται.

δ.

Ταῦτα δὲ τι χρὴ καλεῖν; ὡς μὲν ἔμοὶ δοκεῖ,
τερατεῖσιν, ἢ σύνοιν, ἢ μανίσιν, ἢ σόσιν, ἢ ὅμε-
πάντας. εἰ μέν τι αἰληθὲς εὐρύκασιν, ὁμονοού-
τωσαν, ἢ συγκατατιθέμεθασσαν, καὶ γὰρ τότε ἀσμε-
νος αὐτοῖς πειθόσομαι. εἰ δὲ αὐτισπῶς τὴν
ψυχὴν, καὶ ἀνθέλικτην, ἄλλως εἰς ἄλλην Φύσιν,
ἔτερος δὲ εἰς ἑτέραν θσίαν, ὕλην δὲ ἐξ ὕλης με-
ταβάλλεσσιν. ὁμολογῶ γὰρ ἀχθεθεῖ τῇ πα-
λιρροϊᾳ τῶν προσγυμάτων. νῦν μὲν αὐθάρατός εἰμι,
καὶ γέγυθος νῦν δ' αὖ Θυητὸς γίνομαι, καὶ δε-
κρύω. ἀρτεῖ δὲ εἰς ἀτόμες διαλύομαι, ὕδωρ γί-
νομαι, καὶ αὖτε γίνομαι, πῦρ γίνομαι· εἴτε μετ'

B 4

οἰκίου,



ολίγον, οὐτε ἀπέρ, οὐτε πῦρ, Θησέου με ποιεῖ, οὐχ θύν
με ποιεῖ. πάλαι ἐν αἰδελφὸς ἔχω δελφῖνας,
ὅταν δὲ ἐμαυτὸν ἴδων, Φοβέμαι τὸ σῶμα, καὶ
ἐκ σίδα ὅπως αὐτὸν καλέσω, ἐνθρεπτον, οὐ κύνα,
οὐ λύκον, οὐ ταῦρον, οὐ ὄρνιν, οὐ ὄφιν, οὐ δρόκοντα,
οὐ χίμαιραν. εἰς πάντα γὰρ τὰ Θησία υπὸ τῶν
Φιλοσοφέντων μεταβάλλομαι, χερσοῖς, ἐνυδραῖς,
πτηνοῖς, πολύμορφα, ἀγριοῖς, τιθασοῖς, ἀφωναῖς,
εὑφωναῖς, ἀλογαῖς, λουκιαῖς νίκομαι, ἵπταμαι,
πέτομαι, ἔρπω, Θέω, καθίζω. εἴς δὲ ὁ Εμπεδο-
κλῆς, καὶ Θάρμον με ποιεῖ.

ε.

Οὐ πε τοίνυν τὴν αὐνθρώπα ψυχὴν ὁμογνωμό-
νως εὐρεῖν ἐχεῖν οἶον τε τοῖς Φιλοσοφεῖσι, χολῆ
γάνην περὶ τῶν Θεῶν, οὐ περὶ ιόσμης δύναντο τ'
αληθέας αποφήνασθαι. καὶ γὰρ ταῦτην αὐδεῖσαν
ἔχεσσιν, οἷα μὴ τὴν ἐμπληξίαν εἴπω. εἰ γὰρ τὴν
ιδίαιν ψυχὴν εὐρεῖν & δυνάμενοι, & γνωτεῖσι τὴν

τῶν

τῶν Θεῶν αὐτῶν καὶ οἱ τὸ ἴδιον σῶμα εἰδότες, τὴν τῇ πόσιμῃ φύσιν περιεργάζονται.

5.

Πάνυ γὰν περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς φύσεως ἀνθίσανται ἀλλήλοις. ὅταν μὲν Αναξαργόρας παρεκλαβῇ με, ταῦτα παιδεύει· Αρχῇ πάντων ὁ νῆς, καὶ ἔτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὄλων, καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτούκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκίνητοις, καὶ διάσποριν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. ταῦτα λέγων Αναξαργόρας ἐστὶ μοι φίλος, καὶ τῷ δόγματι πειθόμενος. ἀλλ’ ἀνθίσανται τέτω Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. ὁ γε μὴν Παρμενίδης καὶ ποιητικοῖς ἐπεσιν ἀνακηρύσσει τὴν δοκίαν ἐν εἶναι, καὶ αἰδίον, καὶ ἀπειρον, καὶ ἀκίνητον, καὶ παντὶ ὄμοιον. πάλιν δὲ εἰς τότε τὸ δόγμα εἰς οἷς ὅπως μεταβάλλομεν· ὁ Παρμενίδης τὸν Αναξαργόρου τῆς ἡμῆς ἐξηλάσσει.

B 5

ζ.



ζ.

Ἐπειδὴν δὲ ἡγίγομαι δόγματα ἔχειν αἰνίντεον,
Αναξιμένης ὑπολαβῶν αὐτικέντραγεν· ἀλλὰ ἐγώ
σοι Φηρὶ, τὸ πᾶν ἐσιν αἴτη· καὶ ἔτος πυκνέμε-
νος καὶ συνισάμενος θύμωρ, καὶ αἴτη γίνεται· ἀ-
ραιάμενος δὲ καὶ διαχεόμενος, αἰθῆς καὶ πῦ-
εις δὲ τὴν αὐτὴν φύσιν ἐπανιών, αἴτη ἄρσαος· εἰ
δὲ καὶ πυκνωθῆ, φῆ, ἐξαλλάσσεται· καὶ πά-
λιν αὐτῷ τέτο μεθαξμόζομαι, καὶ τὸν Αναξι-
μένην Φίλῳ.

η.

Ο δὲ Εμπεδοκλῆς αὐτικέντρος ἔτηκεν ἐμβριμέρε-
νος, καὶ απὸ τῆς Δίτυης μέγας Βοῶν· Αρχαὶ
τῶν πάντων ἔχθρας καὶ φιλία, ή μὲν συνάγε-
σσε, ή δὲ διακρίνεσσε· καὶ τὸ νεῖμος αὐτῶν ποιεῖ
τὰ πάντα. ὁρίζομαι δὲ αὐτὰ καὶ ὅμοια, καὶ
ἀνόμοια, καὶ ἀσπειρα καὶ πέρας ἔχοντα, καὶ αἴ-
δια, καὶ γινόμενα. Εὗγε ὁ Εμπεδοκλῆς, ἐπο-
μαὶ σοι καὶ μέχρι τῶν ηρατήρων τὰ πυρά.

ζ.

9.

Αλλ' ἐπὶ θάτερα Πρωταγόρας ἔζηκὼς αὐτέλκει με, φάσκων, ὅρος καὶ κρίσις τῶν προσυμάτων ὁ ἀνθρώπος, καὶ τὰ μὲν ὑποπίπολος ταῖς αἰδήσεσιν, ἐξὶν πράγματος· τὰς δὲ μὴ ὑποπίπολοι τα, ἐκ τοῖς εἴδεσι τῆς ὁσίας. τέτω τῷ λόγῳ κολακεύμενος ὑπὸ Πρωταγόρα, τέρπουμαι, ὅτι τὸ πᾶν ἡ τὸ πλεῖστον τῷ αὐθεῷ πῶ μένει.

1.

Αλλαχόθεν δέ μοι Θαλῆς τὴν αἰλῆθειαν νεύει, ὁρίζομενος ὕδωρ τῷ παντὸς αἴρχῃν. καὶ ἐκ τῷ ὑγρῷ τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς ὑγρὸν σύναλεται, καὶ ἡ γῆ ἐπὶ ὕδατος ὥχεῖται. Διὸ τὶ τοῖνυν μὴ πειθὼ Θαλῆ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Ιωνῶν; αλλ' ὁ πολίτης αὐτὸς Αναξίμανδρος τῷ ὑγρῷ πρεσβυτέρου αἴρχῃν εἶναι λέγει τὴν αἰδίου κίνησιν, καὶ ταύτη τὰ μὲν γεννᾷθαι, τὰς δὲ φθείρειθαι. καὶ δὴ τοῖνυν πιστὸς Αναξίμανδρος ἐγενότα.

100.



100.

Καὶ μὴν ἐκ εὐδοκιμεῖ Αρχέλαος, ἀποφανό-
μενος τῶν ὄλων αἰρχὰς Θερμὸν καὶ ψυχεὸν;
αὖταὶ καὶ τέττα πάλιν ὁ μεγαλόφανος Πλάτων
ἀλλὰ διαλογεῖ. λέγων, αἴρχας εἶναι Θεὸν καὶ ὑλὴν,
καὶ παραίδειγμα. νῦν μὲν καὶ δὴ πέπεισμοι.
πῶς γὰρ ἡ μέλλω πιεύειν Φιλοσόφῳ τῷ τῇ
Δίος αἴρμα πεποιητότι; κατόπιν δὲ αὐτῷ μα-
θητής Αριστοτέλης ἔτηκε, ζηλοτυπῶν τὸν διδασ-
καλον τῆς αἱματοποίας. ἔτος αἴρχας ἀλλὰς
ορίζεται, τὸ ποιεῖν, καὶ τὸ πάχειν. καὶ τὸ μὲν
ποιεῖν αἰταθὲς εἶναι, τὸν αἰθέρα· τὸ δὲ πάχον,
ἔχον ποιότητας τέσσαρας, ἔηρότητα, ὑγρότη-
τα, θερμότητα, ψυχρότητα· τῇ γὰρ τέτων
εἰς ἄλληλα μεταβολῇ πάντα γίνεται καὶ
φθείρεται.

13'.

Κεκμήκαμεν ἡδὶ μεταμελόμενος ὅνων καὶ κα-
τω τοῖς πόγμασι. πλὴν ἔτι γε τῆς Αριστέλεως
γνώμην

γνώμης σήσομεται, καὶ μηκέτι μοι μηδὲ εἰς λόγος
όχλειτω. ἀλλὰ τί δὴ τὰ πάθοιμ ἄν; νευρο-
κοπῆσι γάρ μι τὴν ψυχὴν ἀρχαιότεροι τέτω
γέροντες. Φερεκύδης μὲν, ἀρχαῖς εἶναι λέγων
Ζῆνας, καὶ Χθονίην, καὶ Κέρον. Ζῆνας μὲν τὸν
αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κέρον δὲ τὸν χρό-
νον. ὁ μὲν αἰθέρας τὸ ποιῶν, οὐδὲ γῆν τὸ πάχον,
οὐδὲ χρόνον ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. Σηλοτύποι τοι-
νυν τῶν γεράνιτων πρὸς ἀλλήλας. ταῦτα γάρ
τοι πάντας ὁ Λεύκιππος λῆζον ἡγεμένος, ἀρχαῖς
εἶναι φησὶ τὰ ἀπειρά, καὶ αἰκίητα, καὶ ἐλά-
χιστα καὶ τὰ μὲν λεπτομερῆ ἄνω χωρίσαντας,
πῦρ καὶ αέρα γενέσθαι τὰ δὲ παχυμερῆ κάτω
ὑποσάντα, ὑδωρ καὶ γῆν.

ιγ'.

Μέχρι πε τὰ τοσαῦτα διδάσκομαι, μηδὲν
αἰλιθές μανθάνων; πλὴν εἰ μὴ τί γε Δημόκρι-
τος ἀπαλλάξει με τῆς πλάνης, ἀποφανόμε-
νος ἀρχαῖς τὸ ὄν, καὶ τὸ μὴ ὄν. καὶ τὸ μὲν ὅι-

πλῆρες,



πλῆρες, τὸ δὲ μὴ ὃν κενόν. τὸ δὲ πλῆρες ἐν τῷ
κενῷ τροπῇ, η̄ ἐυθυμῷ ποιεῖ τὰ πάντα, ἵστως
ἄν πειδείην τῷ καλῷ Δημοκρίτῳ, καὶ Βελοί-
μην ὃν σύν αὐτῷ γελάειν, εἰ μὴ μεταπειδοὶ μὲν
Ηράκλειτος, κλαίων ὅμε καὶ λέγων ἀξήῃ
τῶν ὅλων τὸ πῦρ. δύο δὲ αὐτῷ πάθη, ἀραιότης
καὶ πυκνότης, η̄ μὲν ποιώσα, η̄ δὲ πάχεσα. η̄
μὲν συγκρίνεσα, η̄ δὲ διακρίνεσα. ἵκανῶς ἔχει
μοι, καὶ ηδὴ μεθύω ταῖς τοσαύταις ἀρχαῖς.

10.

Αλλά με παρακαλεῖ κακεῖθεν Επίκροτος, μη-
δαμῶς ὑβρίσαι τὸ καλὸν αὐτῷ δόγμα, τῶν ἀτο-
μῶν καὶ τῇ κενῇ. τῇ γὰρ τέτων συμπλοκῇ
πολυτρόπῳ καὶ πολυχηματίῳ τὰ πάντα γιε-
ται καὶ φθείρεται. ἐκ ἀντιλέγω σοι Βέλτιστη
ἀνδρῶν Επίκροτε ἀλλ' ὁ Κλεανθης ἀπὸ τῇ
φρέστος ἐπάρσας τὴν κεφαλὴν, καταγελᾶσθε
τῇ δόγμαστος, καὶ αὐτὸς αὐτιμῷ τὰς ἀληθεῖς
ἀρχαῖς, Θεὸν καὶ ὥλην. καὶ τὴν μὲν γῆν με-
ταβα-

ταῖς αἰλεῖν εἰς ὑδωρ, τὸ δὲ ὑδωρ εἰς αἴρεσσα, τὸν δὲ
αἴρεσσα φέρεθαι, τὸ δὲ πῦρ εἰς τὰ περίγεια χω-
ρεῖν, τὴν δὲ ψυχὴν δὶ ὅλε τῇ κόσμῳ διήκειν, ηὗ
μέρος μετέχοντας ἡ μᾶς ἐμψυχεθαι.

18.

Τέττων τοσστῶν ὄντων, ἀλλο μοι πλῆθος
ἀπὸ Λιβύης ἐπιβῆται. Καρυεάδης, καὶ Κλατό-
μαχος, καὶ ὅσοι τέττων ὁμιλήται, πάντα τὰ
τῶν ἀλλων δόγματα καταπατεῖντες. αὐτοὶ
δὲ ἀποφαινόμενοι διαρρέοντες ἀκατάληπτα εἶναι
τὰ πάντα. καὶ αἱ τῇ ἀληθείᾳ φαντασίαι
αἱ παράπειθαι ψευδῆ. τί τοιν πάθω τοσσ-
τῷ χρόνῳ ταλαιπωρήσας; πῶς δέ με τῆς γνώ-
μης ἐκχέω τὰ τοσαῦτα δόγματα; εἰ γάρ μηδὲν
εἴη κατάληπτον, ἀληθεία μὲν εὖ ἀνθρώπων
οὐχεται, ή δέ ὑμινείη φιλοσοφία σκιομαχεῖ,
μᾶλλον ή τὴν τῶν ὄντων ἐπιτίημην ἔχει.

19.



Αλλοι τοίνυν ἀπὸ τῆς πάκηας Φυλῆς, Πυ-
δαγόρεas καὶ οἱ τέτε συμφιλέται, σεμιοὶ καὶ
σιωπηλοὶ, παραδίδοσιν ἄλλα μοι δόγματα,
ώσπερ μυσήρε. καὶ τέτο δὴ τὸ μέγα καὶ
ἀπόρετον τὸ, αὐτὸς ἔφη, αἴχη τῶν πάντων
ἡ μονάς. ἐκ δὲ τῶν σχημάτων αὐτῆς, καὶ ἐκ
τῶν αριθμῶν τὰ σοιχεῖα γίνεται, καὶ τέτων
ἐκάστα τὸν αριθμὸν, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέ-
γαν ὅτω πᾶς αἰποφάνεται τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ^{τε}
τεσσάρων καὶ ἕποι τριγώνων ὁρθογωνίων συμπλη-
ρεῖται, τέσσαρουν ἰσοπλεύρους περιεχόμενον.
ἴκαστον ἰσόπλευρον σύγκειται ἐκ τριγώνων ἔξ,
ὅθεν δὲ καὶ πυραμίδι προτεικάζεται αὐτό. ὁ δὲ
αἷρε ὑπὸ τεσσαράκοντα ὀκτὼ τριγώνων συμπλη-
ρεῖται, περιεχόμενον ἰσοπλεύρους ὀκτὼ. εἰκά-
ζεται δὲ ὀκταεδρώ, ὁ περιέχεται ὑπὸ ὀκτὼ τρι-
γώνων ἰσοπλεύρων, ὃν ἕκαστον εἰς ἔξ ὁρθογώνια
διαιρεῖται. ὡς γίνεθαι τεσσαράκοντα ὀκτὼ

τα

τὰ πάντα. τὸ δὲ ὑδαρίπολον εἴσοι πε-
ριεχόμενον, εἰκάζεται δὲ εἰκοσαῖδις φ., ὁ δὲ συνέ-
σινεν ἐξ ἵων καὶ ἴσοπλεύρων τετραγώνων εἴκοσι
στράτηρις δὲ κρήνη. ὁ δὲ αἰθήρ συμπληρεῖται διάδημα
πενταγωνίοις ἴσοπλεύροις, καὶ όμοιός ἐστι διάδη-
μα καίδρῳ. ἡ γῆ συμπληρεῖται ἐν τετραγώνῳ μὲν η'
καὶ μί, περιέχεται δὲ καὶ τετραγωνίοις ἴσοπλεύ-
ροις ἐξ. ἐστι δὲ ὅιος κύβος. ὁ γαρ κύβος οὐ τὸ
τετραγώνων περιέχεται, ὥν ἔκαπον εἰς δ'
τετραγωνοῖς ὥσε γίνεται τὰ πάντα καὶ δ'.

• 8.

Tὸν μὲν δὴ κόσμον ὁ Πυθαγόρας μετρεῖ. ἐγὼ
δὲ πάλιν ἐνθεος γενόμενος, τῆς μὲν εἰδίας, καὶ
πατρίδος, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παιδίων
καταφρονῶ, καὶ τέτων ἀκέτη μοι μέλει εἰς
δὲ τον αἰθέρα αὐτὸν αὔρας αἰνέρχομαι, καὶ τὸν
πῦχυν παρὰ Πυθαγόρεα λαβῶν, μετρεῖν ἀγο-
μαι τὸ πῦρ. ὃ γαρ αἰπόχει μετρῶν ὁ Ζεὺς
αἰλλ' εἰ μὴ καὶ τὸ μέγα τὸν, τὸ μέγα σῶμα,

C

η



η μεγάλη Ψυχή, αὐτὸς εἰς τὸν Ἐρατὶν αὐνέλθοι-
μι, καὶ μετρήσαιμι τὸν αὐθέα, εἴ, εταὶ η τῷ
Δίος αἴρει. ἐπειδὰν δὲ μετρήσω, καὶ ὁ Ζεὺς
πάρ' ἐμὲ μάθῃ, πότας γωνίας ἔχει. τὸ πῦρ
πάλιν ἐξ Ἐρατῶν καταβαῖνω, καὶ φραγὴν ἐλασίας
καὶ σύκας καὶ λαζανᾶς, τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸ ὑδωρ
σέλλομαι, καὶ κατὰ πῆχυν καὶ δάκτυλον καὶ
ἡμέδάκτυλον μετρῶ τὴν ὑγρὰν ἀσταν, καὶ τὸ Βα-
θος αὐτῆς αὐναμετρῶ, οἷα καὶ Ποτειδῶνας διδά-
ξω, πόσης αἴρει Θαλάσσης. τὴν μὲν γῆν αἴπα-
σαι ήμέρᾳ μιᾷ παρέβεχομαι, συλλέγων αὐτῆς
τὸν αἴριθμὸν καὶ τὸ μέτρον, καὶ τὰ σχύματα.
πέπεισματι γάρ, ὅτι τῷ κόσμῳ πάντας εὖθε σπι-
θαμὴν παρέχω, τοιᾶς τοιαύτης καὶ τηλικότερος ἀν. Ἄλλα
δὲ ἐγὼ καὶ τῶν αἰσέρων τὸν αἴριθμὸν, καὶ τῶν
ἰχθύων, καὶ τῶν θηρίων, καὶ ζυγῷ τὸν κόσμον
ἴσας, εὐκόλως τὸν γαιθμὸν αὐτῷ δύομινα μα-
θεῖν.

34.

Αμφὶ μὲν δὴ ταῦτα μέχρει νῦν ἐσπέδακεν η
ψυχή με, τῶν ὅλων ἀρχειν. προφητύς δέ
μοι Φῆσιν Επικερος, σὺ μὲν δὴ κόσμον ἔνα με-
μέτρηκας, ὡς φιλότη. εἰσὶ δὲ κόσμοι πολλοὶ¹
καὶ ἀπειροι. πάλιν δὲν αὐταγνάζομαι εἴπειν
εἴσαις πολλάς, αἰθέρας ἄλλας, καὶ τέτες
πολλάς. ἀγε δὴ μηκέτι μέλλων ἐπιστιασάμε-
νος ὀλίγων ήμερῶν εἰς τὰς Επικερεῖςς κόσμους
ἀποδημησον. τὰ μὲν δὲν πέρατα Τήθυν καὶ
Ωκεανὸν εὐκόλως υπερίπλακαι. εἰτελθὼν δὲ
εἰς κόσμον καπὸν, καὶ ὁσπερ εἰς ἄλλην πόλιν,
μετρῶ τὰ πάντα ὀλίγας ήμέρας. κακεῖθεν
υπερβαλλώ πάλιν εἰς κόσμον. εἶτα εἰς τέταρ-
τον, καὶ πέμπτον, καὶ δέκατον, καὶ ἑκατοστὸν,
καὶ χιλιοστὸν, καὶ μέχρι πᾶς; ἵδη γάρ μοι σκό-
τος ἀγνακτίς ἀπαντᾷ, καὶ ἀπάτη μέλανας, καὶ
ἀπειρος πλάνη, καὶ αἰτελῆς Φαιντασία, καὶ
ἀκατάληπτος ἀγνοία. πλὴν εἰ μέλλων κατα-



τὰς ἀτόμας αὐτὰς ἀριθμεῖν, ἐξ ᾧ οἱ τοσστοι
κόσμοι γεγέναισιν, ἵνα μηδὲν αὐτέτοισον παρα-
λείπω μάλιστα τῶν ἔτω ἀναγκαίων καὶ ὠφε-
λίμων, ἐξ ᾧ οἷς καὶ πόλις εὑδαιμονᾶ.

19.

Ταῦτα μὲν τοῖνυν διεξῆλθον, Βελόμενος
δεῖξαι τὴν ἐν τοῖς δόγμασι θέσαν αὐτῶν ἐναντό-
τητα, καὶ ὡς εἰς ἀπειρον αὐτοῖς καὶ αόριστον
πρέσεισιν ἡ ζήτησις τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ τέ-
λος αὐτῶν ἀτέκμαστον, καὶ ἀχρηστόν, ἐργῷ
μηδενὶ προσήλω καὶ λόγῳ συφεῖ βεβαιώμενον.

 Τ Ε Λ Ο Σ



























ADNO-

ADNOTATIONES

C 3

ANTONIUS



E *PMEIOT] Ita in Codd. Fugger. et Bibliothecae Caesareae legitur, ut ex Raph. Seileri, et Hier. Vuolfii libris editis, nec non ex Lambecio lib. VII. p. 54. Commentar. de Biblioth. Vindob. appareret, vbi inscriptio et finis Cod. MS. Vindob. ita habet. Thom. Galeus in suo legit *Equis*, quomodo et Vuitteb. editio iuxta Parisinam habet. Latine igitur vel Hermias, vel Hermeas, media longa, dices, ut Augeas, Aeneas. Quis fuerit, quoque tempore scripsit, de eo altum silent omnes veteres, et pene recentiores. Tacent Raph. Seilerus, Conr. Gessnerus et Hieron. Vuolfsius, qui libellum primi ediderunt. Guil. Caueus Scriptor. Ecclesiast. Histor. Litter. Vol. I. p. 81. edit. Basil. 1741. f. se eis neque patriam, aetatem, genus, nec vitae institutum, villa sedulitate indagare potuisse, testatur. Adscriptis vero saeculo II. euimque circa a. 177. visuisse arbitratur. Lambecius l. c. coniicit suisse Hermiam Sozomenum, Historiae Ecclesiasticae scriptorem, qui saeculo V. sub Theodosio iuniore floruit, ductus partim nominis conuenientia, partim locis quibusdam in Sozomeni Historia, vbi de



gentilibus, eorumque philosophis agitur v. c. lib. I. c. 17. lib. II. c. 4. lib. III. c. 16. V. i. quam conjecturam, ab Hier. Vuolfio iam propositam, amplexus quoque est Ernest. Tenzelius Exercit. Sel. V. p. 228 et Addend. in fin. 456. Sed repugnant, vt Caneus quoque docet, quae sequuntur, argumenta I. In omnibus codicibus tum excusis, tum mss. Hermias noster Philosophi nomen sortitur, quod Sozomeno, historiae ecclesiasticae scriptori, minus contuerit. Erat vitae instituto scholasticus siue aduocatus, causas publice egit, et cum animum ad scribendum appulit, historiae ecclesiasticae se totum dedit: professionis vero philosophicae nec vola nec vestigium. Seuerioris vitae asceticae cultores, laxiori vocis significacione, quandoque philosophari dicti sunt, adeoque aptid ipsum Sozomenum lib. III. c. 17. ecclesiastici philosophi vocantur. Sed, praeterquam quod Sozomenum monachum fuisse, nemo dixerit, nec de se aliud habet I. V. c. 15. quam quod *v̄ēos ἦν* cum sensibus quibusdam Gazenibus versatus sit: philosophi nomen hoc loco strictiori et magis proprio sensu accipi oportet, quo iis tantum tribuitur a scriptoribus ecclesiasticis, qui e philosophorum scholis prodierunt, et post conversionem pristinum et nomen et habitum retinebant. Quo sensu Aristidei, Iustinum, Pantae-

num

num philosophos vocant Eusebius et Hieronymus, et Athenagoras in vtriusque sui operis inscriptione philosophus christianus appellatur. II. Ex toto opusculi contextu constare videtur, vi gente adhuc ethnicisno scriptum fuisse, quod de Sozomeni tempore dici non potest, quo pauci, qui supererant, philosophi in angulis, filuis et pagis, latitabant. Nam ad subruenda magistro rum subsellia omnia in eo, miro saue artificio, apte composita; hinc pugnantia philosophorum placita, et aduersantes opiniones eleganter inter se commissae; hinc de variis philosophantium felicis non aliter loquitur, ac si in scholis et academiis iam regnarent, eorumque dogmata ubique obtinerent. III. Si huius libelli auctor esset Sozomenus, scripsit eum vel ante, vel postquam historiam ecclesiasticam condidit. Non autem: qui enim fieri potuit, ut vbi de gentilibus agit, et philosophos arguit, huius opusculi non meminisset? Non postea: quia vix credi potest, hominem christianum, historiae ecclesiasticae, et quinti iam saeculi scriptorem, huiusmodi data occasione, de christianis eorumque dogmatibus, statu, persecuzione, gentiliumque philosophorum (praefertim sub Juliano) in eos calumniis, ne levissimam quidem fecisse mentionem. Photii codicem 30. citauerat Lambecius l. c. pro firmando



sua coniectura. Sed Caeus respondet, car id secerit, se nullum videre. Loca, quae ex Sozomeni historia adducit, parum, immo nihil ad rem conferunt, ut vel primo intuitu qui quis videt. Quin immo si exinde valeret argumentum, opusculum Sozomeno tribuendum esse, quod de gentilibus, eorumque philosophis, tribus quasi verbis pro re nata agit; quanto potiori iure Socrati Scholastico adscribi debet, qui non modo obiter id facit, verum lib. III. cap. 22. aduersus Libanium, aliosque sub Juliani imperio gentilium philosophos, singularem, eruditam, et Heriniae libellum tantum non mole exaequantem dissertationem inseruit. III. Stilus Sozomeni ab Hermiae stilo plurimum recedere videtur. Eius enim stilus est simplex, inelaboratus, et parum elegans: huius vero concinnus, concisus, argutus, salibus et dictieris vndeque conspersus. His Canei argumentis addimus V. Incunabula post Ch. n. tertio orta est philosophia eclectica s. Alexandrina, quae ab hoc inde tempore mirum effloruit. Certe Hermias hunc syncretisimum philosophicum, has πυρηναὶ φλυαρίας, exagitandi hanc opportunitatem non dimisisset, nisi ante vixisset. Sunt sane multa in hoc libello, quae euertendae ineptae huic philosophiae conciliatrici aptissima sunt, ut recte sentit doctiss. Bruckerus in Hist.

Crit.

Crit. Phil. Per. II. Part. II. Lib. I. c. 3. §. VII. p. 407. 408. Tamdem VI. ex toto libelli argumento, eiusque potissimum initio, Hermianum magno in philosophos gentiles flagrasse odio, constat. Quod si in priorum saeculorum patribus acrius fuisse, aliunde constat, ac postea remisisse: inde quoque eius antiquitatem colligere haud difficulter possumus. Bigneus quidem, aliquique Bibliothecae PP. editores quarti saeculi scriptoribus adnumerarunt, nulla tamen auctoritate freti. Nec est, quod Vuilh. Vuorth in praefat. Tatiani reveratur, ut affectatae nostri argutiae sapient recentius saeculum. Est sane argutus scriptor Hermias, sed affectatione, si non omni, nimia certe posteriorum saeculorum, ipsum liberare fas est. Quin Vuorthius ipse auctorem illum elegantem ac lepidum dixerat. Videtur Thoinae Galeo, qui Theodoreto, saeculi V. scriptore, illum iuniorem esse existimat, ob oculos habuisse Iustinum Martyrem et Theodoretum. Philosophorum istas dissensiones de principiis, eodem adnotante, colligit Plutarchus, Tertullianus, Eusebius, Nemesius, Porphyrius, Aetius, (forte τῶν φιλοσοφάμενων auctor, quae Galeni nomine circumferuntur, vid. Ioncius de Scriptoribus Hist. Philos. lib. III. n. 2. edit. Dorniana p. 236. 237.) Ioannes Philoponus in prooemio ad primum librum Aristotelis de Anima, et Mich. Psellus.

ΦΙΛΟ.



ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ] Videtur H. Vuolfio ad-
 dendum χριστιανὸν ad disserimen τῶν ἔξω τῆς ἐπιλη-
 σίας φιλοσόφων: unde et inscriptio editionis Vuol-
 flanae habet Ερμέτη, φιλοσόφῳ χριστιανῷ. Sed cum
 epitheton hoc tam in libris mss. quam editis re-
 liquis desideratur, merito omisimus. Non enim
 facile quisquam philosophum nostrum, sacras
 litteras in subsidium vocantem, cum Hermia,
 Alexandrino, Syriani discipulo, philosopho eth-
 nico eclectico, confundet; aut cum Iac. Tirino,
 Antwerpensi, e S. I. in Indice auctorum sui in
 f. scripturam commentarii, Lugd. 1632. et 1702.
 Tom. III. f. sub voce Hermias, hunc nostrum
 putabit illum esse, cuius meminit Diogenes Laer-
 tius lib. V. sect. 3. in vita Aristotelis, qui ex
 eunucho et trapezitae famulo factus sit philoso-
 phus, Platonis discipulus, ac postea Atarnensium
 tyrannus. v. I. A. Fabricii Bibl. Graec. lib. V. c.
 I. p. 96. Ioan. Fabricii Hist. Biblioth. Fabric. Part.
 I. p. 66. et Bruckeri H. C. P. Tom. II. p. 315.
 316. Neque, cum Hermias philosophus appellat-
 tur, eam vocis acceptiōnēm quisquam cogitat, quae apud nostrae aetatis Aristippos occurrit, qui-
 bus ii tantum philosophi dieuntur, qui ex Carn-
 eadis, Scepticorumque scholis prodeunt, am-
 plissimas doctrinas, quae mentis rationisque ope
 cognoscuntur, impugnare conantur. Ut vulgi,
 aliorum-

aliorumque cordatiorum inuidiam fugiant, morum doctrinae scientiam concedunt, contemplationae vero philosophiae inscientiam crepant, non suis, sed veterum epheticorum, eamdem rationem ingressorum, armis emeritis infeliciter pugnantes. Philosophum fuisse Hermiam ex ipso libelli argumento laculenter appetet. Non leui enim scholarum philosophicarum imbutum fuisse peritia inde abunde constat. Neque sectarius, aut per traducem philosophus: sed qui intelligenter ipse iudicat, verumque inquirit.

ΔΙΑΣΤΡΜΟΣ] Si verum est, quod Cicero de Diuinat. lib. II. c. 58. dicit: *nescio quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum*: in illos satiram non scribere, difficile est. Voluit Hermias sua hac irrisione altum gentilium philosophorum fastum, turgidam elationem, verborumque iactantiam reprimere, qua prae se, suaque philosophia sanctiorem disciplinam continebant. Διασύρειν interpretantur διαπολέειν, πατηγορεῖν, τωδάζειν, πατακωνέθαι, πατειρωνεύεθαι, χλευάζειν, i. e. exagitare, accusare, perstringere, eleuare, nigro sale aspergere. Libanius, τὸ τὰς σοφίας διασύρειν, εἰωθός τοι παι παλαιὸν. Hinc fit διασυρμός, idem quod χλεύη, χλευασία, χλευασμός, μειωσίς, παταγέλως i. e. exagitatio, deriso, extenuatio. Διασύρειν etiam ponitur



nitur pro ἐπισύρειν τὰ διέλνειν i. e. attrahere, distrahere, diuellere, ut Hier. Vuolsius hic notat. Ad suppressiendam vero hanc philosophorum superbiam accommodatus certe nihil erat, quam illorum dissensiones in granissimi momenti doctrinis paucis delibasse, vnde de philosophiarum suarum, tantopere iactatarum, vel pretio vel pondere facile esset iudicium. In hoc igitur libelli nostri argumentum versatur, qui δι' ἀπαρχῆς functoris disciplinae eminentiam simul ac praestantiam probat. Praeterea elegans nobis doctrinæque opusculum graecæ philosophiae breuem, at bene expressam ob oculos ponit imaginem, multaque habet, quæ doctrinæ Graecorum physiologicis de rerum principiis, de deo et anima miram lucem affundunt. Vnde bene de philosophorum historia meriti sunt, quorum cura et studium in hoc libello edendo, emendando, atque explicando olim versabatur. Sed quo iure, quaque iniuria Ioecherus in Lexico Eruditorum, nouissimæ editionis, sub voce Hermias, hunc libellum *sceptice magis*, quam cum ratione scriptum dicat, scio cum ignarissimis. Qui ita sentit, librum certe non legit. Qui scepticos infestatur, ipse profecto neutquam talis est. Scepticisini vero notam cuius temere inurere, temerarium puto, ne quid durius dicam.

TΩΝ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ] Haec appellatio a sacris litteris desumpta, in quibus gentiles *οι ξένοι* dicuntur. 1 Cor. V, 12. 13. Col. III, 5. 1 Thess. III, 12. Sic apud Damascenum, aliosque auctores (quos in Glossario suo enumerat Du Fresne) philosophi ethnici *οι ξένοι σοφοί* vocantur. Vu. De ordine, quem noster in conscribendo hoc libello fecutus est, ut constet, ex omnibus philosophorum disceptationibus ac concertationibus eum tres tantum dilegisse, obseruandum est. Scilicet locos de animi natura, de eius voluptate atque immortalitate, ac denique de primis omnium rerum principiis. Amplissimas has esse doctrinas, nemo temere iniiciabitur, de quibus tamen philosophi fluctuantes in utramque partem disputabant. Omnes tunc temporis philosophi vel Ionici vel Pythagorei vel Sceptici erant. In horum placitis reensendis ea noster incedit via, vt post Ionicum Pythagoreum semper ponat, quem Scepticus excipit: id quod ex ipsa philosophorum, qua sibi in tractatione succedunt, serie facile perspicitur. Est autem haec: Anaxagoras Ionicus, Melissus et Parmenides Pythagorei, Anaximenes Ionicus, Empedocles Pythagoreus, Protagoras Scepticus. Tum Thales Ionicorum princeps, Anaximander, Archelaus, Plato, Aristoteles. Tum Pherecydes, Leucippus, Democritus, Heraclitus.



raclitus, Epicurus, Cleanthes Stoicus. Tum Carneades et Clitomachus Sceptici. Agmen tamdem claudunt Pythagoras et Epicurus. Quantopere hi philosophi de tribus his philosophiae locis inter se dissideant, ad oculum noster demonstrat.

Sectio I.

ω̄ αγαπητοι] Hinc apparet, tractatum istum Hermeae, more orationis s. homiliae apud auditores suos habitum fuisse. Vu. Non igitur auctor tam profanos philosophos confutare, quam pios homines monere voluit. Illi enim sacras litteras non pluris faciunt, quam theologi philosophiam. Hier. Vuolius. Quis fuerit Hermias, quam vitae rationem fecutus sit, aliquo modo hinc colligitur, eiusque vetustas his verbis munitur.

η̄ σοφια τε μόσμος τέτε] 1 Cor. III, 19. Vides, cur philosophia vernacula dicatur die Vueltweisheit.

τῶν ἀγγέλων ἀποστολας] Respicit hoc loco receptam apud veteres opinionem, qui ab angelis post lapsum varias artes reuelatas, et omnem curiositatem feminis denudatain crediderunt, ut cuni Tertulliano loquar, lib. de Habitu muliebri c. 2. Vu. Bonum Hermeam, qui ob haec verba, incaute, atque infenso nimis in philosophos gentiles

les animo prolata, male audit, quin Hier. Vuol-
fio, durissima sententia, sycophanta potius, quam
theologus perhibendus esse, videtur, quod dia-
bolum philosophorum parentem constituit. vid.
Ioecheri Lexic. Erudit. Non tam credulum exi-
stuntauerim, vt philosophiam a diabolo reuelatam
crederit. Videtur crassiores mentis nostrae te-
nebras a primo hominum peccato, cuius auctor
diabolus fuit, repetere, ex quibus tot philosopho-
rum dissensiones, allucinationes, errores proma-
nauit. Praeterea modeste loquitur *δοκεῖ γάρ ποι,*
vt verborum acerbitatem aliquantum deliniat.
Argumentum sane distinctum est, quod ex hoc
loco pro Hermiae antiquitate petitur. Tantum
enim in philosophiam gentilem odium non nisi
in saeculi II. scriptoribus christianis elucet. Ne-
que noster solus duram hanc sententiam de gen-
tilium philosophia tulit, esse diaboli opus: illam
iam pronuntiauerat Basilius contra Eunom. p. 15.
vt recte obseruauit Petavius Prolegom. ad Theol.
Dogm. c. III. §. 5. Clemens Alexandrinus Stro-
mat. lib. V. p. 278. eos iam refellit, qui philoso-
phiam etiam cum maximo malo et ad hominum
perniciem venisse in vitam existimant, vt quae
profecta sit a maligno aliquo inventore. Quos
vehementer alio loco lib. VI. p. 693. improbat:
cum absurdum sit, vt qui diabolo insolentiam tri-

D

buunt

hant et iniustiam, eum rei bona, et quae est ex
 virtute, nempe philosophiae datorem constituant,
 legis autem proprium sit et rationis rectae reddere,
 quod unicuique conuenit, et quod eius est proprium,
 et quod ad eum pertinet; philosophia autem homi-
 nes faciat virtute praeditos, siue prodat, quod sit
 dei, cuius solum opus est, benefacere. Caussas tan-
 ti odii prolixe enumerat cel. Bruckerus H. C. P.
 Tom. III. p. 282. sequ. quod in Gregorio Thau-
 maturgo, Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandri-
 no, Ambrosio, Hieronymo, Prudentio, et potis-
 simum Tertulliano eminet. Diabolum ex ma-
 china citarunt infensi hi in philosophos gentiles
 scriptores. Debuissent caussas dissensionum, non
 remotiores, sed propiores, anquirere, cui labori
 mens, vehementioribus agitata cominationibus,
 inepta efficitur. Post vocem ἀποστολας inseruerat
 Vuolfsius ὅτεν πᾶσα τῇ φρεσκῇ, ut Hermiae men-
 tem illustraret. Sed cum libri reliqui mss. et
 editi hanc paraphrasin, inutilem puto, ignorent,
 omisimus.

εδε] Vuolfsius habet ετε.

εδε ὄμολογα] Vuolfsius εδε ὄμολογα. Adposuit
 in margine editionis suae Raph. Seilerus ὄμολογά-
 μενα, sed non opus esse videtur hac emenda-
 tione.

Enti-

ἐντίθεται τὰ δόγματα] Ab hoc loco non videtur aliena esse quaestio: num philosophorum dissensiones rerum inscientiam in philosophia probent? Qui nihil nos percepti habere, seu nullius firmam, stabilemque scientiam philosophiam praestare, profitentur, hos Scepticos, Zeteticos aut Ephecticos dicimus. Philosophorum continuas dissensiones hoc hominum genus peperisse, omni profecto dubio caret. Tota enim philosophia graeca ab his tamdem absorpta fuit: neque nostra aetate defunt, qui ex philosophorum tam veterum quam recentiorum repugnantibus inter se sententiis dubitationis suae alimeta quaerunt. Sed, ne destinato consilio oculos occludant, vereor. Inter philosophos gentiles eminentioris omnino erat ingenii, in tanta sententiarum diuersitate assensum suum retinere: sed quis inde, verum omnino certo cognosci non posse, rite concludat? Argumenta, quibus isti philosophi vtebantur, leuissima nonnunquam erant, neque ad persuasionem acuto ingenio sat. Sed quid inde? Debuissent res intimius considerare, mentisque aciem illis intendere, donec verum a falso discernere potuissent. Sed in contrarium vitium delapsi, omnem scientiam negabant. Quod qua sana ratione fieri possit, ego certe plane non video. Quam diu enim certa

D 2

atque



atque indubitata adsunt principia, quae omnia ne
ipse scepticus quidem negabit, atque certa, regu-
lisque firmis conformata, ordinataque ratioci-
nandi ratio, quam dialectica monstrat, tam diu
rerum scientiam acquiri posse, fatendum est.
Praeterea cum, exorta diuiniori luce, mens ho-
minis ad innestigandum verum aptior est facta,
eiusque causas, antea abditas, inquirere didicit:
non eminentioris, sed vel imbecillioris vel am-
bigui ingenii videtur esse, iterum in scepticorum
castra transfigere. Quo igitur olim ἐποχὴ fuit
nobilior, eo nostra aetate videtur esse ignobilior.
Ista philosophorum nostris temporibus dissiden-
tia, qua se vel syntheticos s. metaphysicos dicunt,
vel analyticos s. mathematicos, scepticismo nouam
praebuit occasionem. Ex posterioribus enim
frequentes prodierunt, qui, cum sensuum, a qui-
bus omnem veritatem repetendam esse existi-
mant, anceps dicunt esse iudicium, de ipso vero
dubitant: priores vero, ex certis, indubitateisque
principiis verum concludentes, sensuumque fal-
lacias et fraudes recte negantes, illum magis di-
spiciunt. Videatur de duplice hac philosophia
Moshemii Histor. Eccles. Saec. XVII. Sect. I. §.
XXXIII. et cek. Bruckerus in H. C. P. Tom. III.
Part. II. p. II.

Sect.

Sect. II.

Oἱ μὲν γέρει] Ista prope ad verbum existant apud Iustinum in Paraenesi, p. 8. Vu. Cum libellus et deprauatus et inutilatus sit, qui accuratius, quid philosophi senserint, cognoscere cupit, is legat physica et metaphysica Aristotelis, Clementem Alexandrinum, Eusebium de praepar. Euang. Iustinum philosophum et martyrem, Plutarchum de placitis, Diogenem Laertium de vita philosophorum, et alios huius generis libellos. Cum nostro hoc auctore in primis consentit Luciani dialogus, qui ἐρμότητος, siue de sectis philosophorum inscribitur. Est adnotatio Hier. Vuolfii.

τὸ πῦρ] Animam ignem fuisse affirmarunt olim Hipparchus et Heraclitus, teste Tertulliano lib. de Anima c. 5. Nec dissimilis etiam hodierum Medicorum opinio, qui de flamma cordis agunt. Quin et apud veteres Iudeos obtinuit eadem sententia, teste auctore libri sapientiae c. II. 2. Vu.

οἷος Δημόπορος] Ms. noster - Ψυχὴν εἶναι, Δημόπορος, τὸ πῦρ. Vox illa Δημόπορος ex margine (vbi etiam nunc flat) venit in textum: Idem dico de aliis Philosophorum nominibus, quae sequuntur. Non habentur apud Iustinum p. 8. vnde tamen cetera mutuatus est Hermeas. G. Nescio,



an Scholiales nomen Democriti accepit a Nemesio, s. potius Plutarcho lib. IIII. de placitis philosophorum, c. 3. Vu. Δημόκριτος πυρῶδες σύνηριμα, igneam compagem animam dixit, ut Plutarchus l. c. testatur. His addatur Aristoteles de Anima lib. I. c. 2. ὅθεν Δημόκριτος μὲν, πῦρ τι ναι θερμὸν φησιν αὐτὴν εἶναι, unde Democritus quidem ignem quemdam et calidum dicit esse ipsam. Monendum videtur H. Vuolfio, singulis opinioribus auctores suos subiiciendos fuisse. Quod vbi factum non est, * apposuit, ad librariorum negligentiam indicandam. At aliter ego sentio. Hi auctores Scholiae debentur; quia diuersarum sententiarum auctores satis adhuc tunc noti erant: unde pro Hermiae antiquitate vel nouum peti argumentum, vel Cauei alterum roborari potest.

[τὸν δέρπα] Ex margine editionis Seileriana H. Vuolfsii suaes inseruit oi δὲ τὸν δέρπα. Plutarchus lib. IIII. de plac. phil. c. 3. *Anaxagoreos animam corpus habuisse, idque aereae naturae, oi δὲ ἀπὸ Αναξαργόρεως ἀσπεσιδῆ τὴν τε ναι σῶμα,* testatur.

[οἱ Στωίχοι] Ms. sic. Δημόκριτος οἵου τὸν δέρπα. Lego oi τὸν δέρπα. Porro hinc constat, Herineam quaedam e Theodoreti Therapeutic. desumisse. Noto etiam syntaxin, toto hoc loco, perturbari propter interpositionem istorum nominum. G.

Sugge-

Suggerit ms. codicis lectio $\sigma\tau\omega\tau\alpha$ $\tau\alpha\tau\alpha$ lectum
 hic initio, quomodo apud Iustinum, $\sigma\tau\delta\tau\alpha\tau\alpha$.
 Verba enim mox sequentia $\sigma\tau\omega\tau\alpha$ in codice
 suo ms. non haberi notat cl. Galeus: neque vero
 occurrit vox $\sigma\tau\omega\tau\alpha$ apud Iustinum, a quo ista
 traducta sunt. Vu. Admodum infirmum est ar-
 gumentum, quo Galeus vtitur, ad probandum,
 Hermiam ex Theodoreto quaedam desumisse,
 atque adeo hoc iuniorem esse. Infirmitatem ipse
 non dissimulauit, dicens, *vividetur*. Potuit eadem
 aliunde, vel Theodoretus ex Hermia desumisse.
 Ceterum adsentior Vuorthio, idem cum Vuolfio
 sentienti, qui ex margine edit. Seileriana huius
 voci praeposuit $\sigma\tau\omega\tau\alpha$. Ex Plutarchi lib.
 IIII. de plac. ph. c. 3. constat, Stoicos $\psi\chi\rho\eta\mu\pi\tau\alpha\tau\alpha$, *spiritum calidum* habuisse. Hunc ta-
 men ignem diuinum, in partu hominis inditum,
 ab aere refrigerari ac durari, teste eodem Plutar-
 cho de pl. ph. lib. V. c. 15. et Pseudoorigine in
 philosophum. c. XXI. conf. Gatakerus ad Anton.
 lib. IIII. §. 21. Legendus quoque Cicero Tusc.
 Qu. lib. I. c. 9. 10. et Aristoteles lib. I. de anima
 c. 2. qui Diogenem, animam aërem opinatum,
 testatur.

$\sigma\tau\delta\tau\alpha\tau\alpha$] Platonici scilicet. Sic enim Plu-
 tarcus de Platone: $\psi\chi\rho\eta\mu\pi\tau\alpha\tau\alpha$, $\epsilon\alpha\lambda\alpha\mu\eta\pi\tau\alpha\tau\alpha$ $\alpha\tau\epsilon\phi\eta\pi\tau\alpha\tau\alpha$,
 $\epsilon\alpha\eta\pi\tau\alpha\tau\alpha$, $\epsilon\alpha\eta\pi\tau\alpha\tau\alpha$. lib. IIII. de pl. ph. c. 2.



Vu. Addatur Pseudoorigines in Philos. c. XVIII.
et potissimum Mosheimus ad Cudworth. c. I.
§. 24.

κίνησιν] Heraclito hic perperam tribuitur, quod Thaleti adscriptum oportuit, auctore Plutarcho, loco citato. Vu. Lib. III. de pl. ph. c. 2. Θαλῆς ἀπεφήνετο πρῶτος τὴν ψυχὴν, φύσιν δειπνητὸν γῆν αὐτοινητον, primus Thales animam dixit naturam esse, quae semper, aut a se ipsa moueat. Consultatur quoque Laertius lib. I. sect. 24. et Aristoteles de anima lib. I. c. 2.

Ηράκλειτος] Vocabulum hoc, ad oram codicis a studioso quopiam notatum, retulit imperitus scriba ad *κίνησιν*, quod ex mente Scholiae referri debuit ad *ἀναθυμίασιν*. Heraclitus enim, teste Plutarcho, de pl. ph. lib. III. c. 3. censuit, τὴν μὲν τὴν κόσμον ψυχὴν ἀναθυμίασιν ἐν τῷ ἐν αὐτῷ ὑγρῷ, τὴν δὲ ἐν τοῖς Γώισι, ἀπὸ τῆς ἐντὸς καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς αναθυμίαστες ὄμογενην. Vide et Laertium I. VIII. Sect. 9. Vu. Locus Plutarchi latine sic transfertur: *Heraclitus animam mundi exhaltationem esse humidarum eius partium, animalium autem ab externa et exhalatione interna cognatam.* Idem testatur Aristoteles lib. II. de anima c. 2. Teste Laertio lib. VIII. c. I. n. 6. dicitur de animae sensisse natura, *nunquam illam reperiri posse, quamlibet quis vias conficiat spatia, adeo profundam*

dam esse eius rationem. Adiecit ex margine edit.
Seiler. Vuolfius οἰον Ηράκλειτος.

οἱ δὲ δύναμιν] Aliis ἀπόδημοιν ἀπὸ τῶν ἄστρων.
Videatur Proclus quinto Timaei. Damascius tangit istam opinionem, et reicit. G. Hoc traditur quoque in elegantibus illis versibus Anthologiae Graecae edit. Stephan. 1566. fol. p. 494. quos hinc, atque ex H. Vuolfii adnotationibus adscribere, iuuabit.

Εἰς τὰς ἐπτὰ πλάνητας, καὶ τὰς ἐν ήμέν
δυνάμεις, καὶ πάθη.

Ἐπτὰ πολυπλανέσ ειτ' ὀλύμπιον ἀσέρες οὐδὸν
[οὐδας legit Vuolfius]

Ειλεῦνται, καὶ τοῖσιν αἱ πανούργεται αἰών,
Νυκτιφωῆς μήνη, συγνὸς ιρόνος, ἥλιος ἡδὺς,
Πασοφόρος παφίη, Θρασὺς ἄρης, εὐπτερος ἔρυθης,
Καὶ ζεὺς ἀρχιγένεθλος, ἀφ' ἣ φύσις ἐβλάσησεν.
Οἱ δ' αὐτοὶ μερόπων ἐλέουσι γένος. [γένος ἥλασσαν

leg. Vuolfius] οὐδὲ δὲ ἐν ημέν
Μήνη, ζεὺς, ἄρης, παφίη, ιρόνος, ἥλιος, ἔρυθης.
Οὐνεὶς ἀπ' αἰθερίᾳ μεμερισμεθα πνεύματος Ἑλκειν
Δάιευν, γέλωτα, κολην, γένεσιν, λόγον, ὑπνον, ὄρεξιν.
Δάιρυ μένειη ιρόνος· ζεὺς δὲ, γένεσις· λόγος ἔρυθης.
Θυμός, ἄρης· μήνη δὲ ἀρέτηνος· πνεύματα δὲ ὄρεξις.
Ηέλιος δὲ, γέλως. τέτταρες ἄπαντα δικαίως
Καὶ θυητὴ διάνοια γελᾷ, καὶ πόσμος ἀπειρων.



ἀριθμὸν μυητινὸν] Pythagoras se numerum mouentem fuisse dixit. τὸν δὲ ἀριθμὸν αὐτὸν τὴν νῦν παραληφθεῖν, inquit Plutarchus de plac. phil. lib. IIII. c. 2. Idem de Xenocrate tradit Macrobius lib. I. in somnium Scipionis c. 14. Vu. Idem Cicero docet Tusc. Qu. lib. I. c. 10. *Xenocrates unum numerum dixit esse.* Eius doctor fuit Plato, qui a Pythagora multa in sua arua transstulit. v. Laertius lib. IIII. c. 2. Numeros Pythagoricos exacte ideis Platonicis respondere, egregie docuit cel. Bruckerus in Diff. de conuenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis. Amoenit. Litt. Tom. VII. art. 7. p. 173. et in Hist. Crit. Phil. Tom. I. p. 696. 1090. Vuolfsius his verbis statim adiecit καὶ μονάδα, et ex margine edit. Seiler. οἶνον, quae in sequentibus occurunt, ut repetitione nominis Pythagorae supersederet.

οἱ δὲ ὅδωροι γονοποιοὺν] Ms. γονοποιῶν εἴπον. Alter I^η πατων. Hanc opinionem videntur Agyptii etiam fuisse. Vide, si placet, quae olim ad Iamblichi Mysteria attuli ex Simplicio, et aliis. G.

Iππων] Sic Nemesius. Vnde fortasse vox illa ab alio traducta in marginem, tandem in textum irrepsit. Sed et praeter Hippomen, etiam Thales animam ex aqua conflare dixit, teste Tertulliano lib. de Anima cap. 5. et Macrobio lib. I. in somnium Scipionis c. 14. Vu. De Hippone Pythagoreo

thagoreo consulendi Aristoteles de anima l. I. c.
 2. Pseudoorigines in Philosoph. c. XVI. Simpli-
 cius in lib. I. physic. Sextus Empiricus Pyrrh.
 Hyp. lib. III. c. 4. f. 30. Alexander Aphrodiseus
 in lib. I. Metaphys. Addidit Vuolfsius ex edit.
 Seilleriana margine οἰον.

σοιχεῖον ἀπὸ σοιχείων] Quintam scilicet essen-
 tiā, quam vocant. *Critolaus et Peripatetici eius*
animam effingunt ex quinta nescio qua substantia.
 Tertullianus lib. de Anima c. 5. Idem omnino
 vult Cicero, cum animam, ex quorundam sen-
 tentia, vocat *quintam illam non nominatam magis,*
quam non intellectam naturam. Tuscul. Quaest. I.
 I. §. 17. Quin immo Aristoteles ipse deum *ἐν τῷ*
αἰθεριώδει πέμπτῳ σοιχείῳ εἴναι ὀπεφύταρο, in ae-
thereo quinto elemento esse, pronuntiavit. Iustin. p.
 34. Conf. Plutarchum lib. I. c. 7. de pl. phil. Vu.
 Hier. Vuolfsius ita explicat: animam existere e
 proportione quadam quatuor elementorum inter
 se: ut habeat aliquid caloris, aliquid humoris,
 aliquid frigiditatis, aliquid siccitatis: unde tempe-
 ries quadam, et viuifica vis existat, quae anima
 appelletur. Adiecit vero illud Heracliti: *σούρ-*
τον, σούρτον. Hactenus Vuolfsius. Aperte satis
 Cicero Tuscul. Qu. lib. I. c. 10. *Aristotelem, docet,*
quintam quamdam naturam esse censuisse, e qua sit
mens. Vtrum anima sit ex elementis, fusus di-
 sputat



spusat Aristoteles lib. I. de anima c. 2. 4. Forsan hoc loco $\alpha\pi\tau\circ$, a sciole quodam insertum, tollendum, legendumque $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\circ\sigma$ $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\omega\circ$. Ut ita sentiam, facit locus Plutarchi lib. I. de pl. ph. c. 17. vbi Enipedoclem elementorum elementa $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\circ\sigma$ $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\omega\circ$, quae sint $\hat{\epsilon}\lambda\circ\chi\epsilon\iota\circ\sigma$ $\hat{\epsilon}\in$ μικροτέρων οὐκῶν, minima ex minoribus molibus docuisse, narrat. Tale $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\circ\sigma$ $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\omega\circ$ animum quoque qui censerent, hinc fuisse constat. Sed quam infesta haec materialismo sint, de quo infra, quis est, qui non videat?

$\alpha\mu\mu\circ\sigma\iota\alpha\omega\circ$] Dinarchus, puto, apud Nemesium. Sed Plutarcho in placitis Philosophorum et Sto-baeo is est Dicaearchus. Rectius, opinor, Theodoreto et Aeneae Gazaeo, Clearchus; de quo Laertius. G. Ex Cicerone Tusc. Qu. lib. I. c. 10. cognoscimus, Aristoxenum, animam nihil esse nisi harmoniam, putasse. Plura de hoc musicis, eodemque philosopho reperies apud cel. Bruckerum in H. C. P. Tom. I. p. 1057. sub not. r. Ad hunc Aristoxenum scripsierat Dicaearchus, Peripateticus, epistolam teste Cicerone ad Attic. lib. XIII. 32, qui idem cum illo sentiebat. Plutarchus enim lib. III. de pl. ph. c. 2. Διατάρχος, inquit, τὴν ψυχὴν ἀπεφύνετο αὔμονίαν τῶν τεσσάρων $\sigma\circ\chi\epsilon\iota\omega\circ$, Dicaearchus animam harmoniam quatuor elementorum dixit. Vnde valde probabilis sententia originatur,

tur, studiosum in margine vel scripsisse, vel scribere saltum voluisse Διαιρέχος, ex qua deinde in textum irrepit. De ipsa hac sententia legendus Aristoteles lib. I. de anima c. 4. Vuolfius ex edit. Seiler. ora adposuit οἴον.

τὸ αἷμα, Κρίτης] Ex Nemesio forsan hoc loco Critiae nomen interpositum. Verum haud Critias tantum, sed et Empedocles animam dixit ex sanguine constare, teste Tertulliano et Macrobio. Iudeorum haec erat sententia. Vu. Vid. Cicero Tusc. Qu. lib. I. c. 9. et Acad. Quaest. lib. III. c. 39. Plutarchus lib. III. de pl. ph. c. 5. Εμπέδο-
οκλῆς ἐν τῇ τὰ αἷματος συστάσει, *Empedocles in san-*
guinis substantia animam inesse, dixit. De Critia
idem aperte testatur Aristoteles lib. I. de anima c.
2. Vuolfius hoc quoque οἴον transtulit.

οἱ δὲ τὸ πνεῦμα] Sane innumeri, S. Scripturae
passim. Vide Nemesium p. 45. edit. Oxon. G.
Vnde Cicero Tusc. Qu. lib. I. c. 9. *animum alii*
animam, ut fere nostri declarant nomen, nam et
agere animam, et efflare dicimus: et Acad. Qu. lib.
III. c. 39. *vtrum animus sit ignis, an anima, an*
sanguis?

μονάδα Πυθαγόρας] Adiectum forte Πυθαγόρας
ex Iustini Paraenesi p. 18. vel etiam Plutarcho l. I.
de pl. ph. c. 3. Vu. Hier. Vuolfius haec verba
prorsus omisit, quae supra inseruerat.

220



ναι οι παλαιοι] Aristoteles in Physicis sic loquitur. Sed hic supra τῶν παλαιῶν opiniones noster iamiam adduxit. Lego igitur ex Theodoreto *ναι ἄλλοι καὶ ἐναυτία.* Sic et Aeneas Gazaeus p. 12. G. Vuolfio, quia se iis, quos Herimias iam nominaverat, ullos vetustiores reperire posse negat, exceptis poetis, Orphio, Homero, Hesiode, Musaeo, legendum videtur, *ναι ἄλλοι πολλοὶ τὰ ἐναυτία.* Plane similis est locus Ciceronis Tusc. Qu. lib. I. c. 10. *Sed haec quidem, quae dixi, eorū, cerebrum, animam, ignem, vulgo: reliqua fere singuli,*

VT MVLTI ANTE VETERES.

λόγοι] Vuolsius hic addit ex margine edit. Seilerianaē φιλοσόφων, ut philosophos a sophistis, qui sequuntur, distinguat.

ναι σοφισῶν] In margine edit. Seiler. legitur, *ναι redundant.* Vuolsius post σοφισῶν; posuit.

τ' ἀληθές εὑρισκόντων] Ex tota hac sententiarum philosophicarum de animi natura recensione patet, horum philosophorum plerosque menti nostrae concretionem quandam tribuisse, adeoque materialistas, sic hodie vocant, appellandos esse. Liceat igitur nobis hoc loco paullulum euagari, accurateque inquirere: vtrum materialismus veterum res sit tam aperta; et quid inde nostri huius sententiae patroni, lucentur? Perillus Dargensius, ingenio et doctrina excellentissi-

mus

mus philosophus, parti secundae philosophiae
 suae senioris rationis integrum dissertationem
 subiunxit, qua omnes philosophos, scriptores
 ecclesiasticos et scholasticos ad Cartesii tempora
 in hanc sententiam abiisse, demonstrare voluit,
 quod olim iam Cuduiorthus in systemate intel-
 lectuali, doctissimusque eius commentator Mos-
 hemius, magna cum accuratione inquisuerant.
 Τὸν ἀσώματον, ἀπλῆν, παθαρὸν veteribus saepius
 significabat id, quod constat ex partibus generis
 eiusdem, tenuibus valde, nec facile dissipandis:
 quod vel ex unico Ciceronis loco probari posset
 Acad. Qu. lib. III. c. 39. *an simplex animus,*
vniusque sit? si simplex, utrum sit ignis, an anima,
an sanguis? conferatur quoque de Nat. Deor.
 lib. III. c. 14. Quod si ergo animum vel incor-
 poreum vel simplicem dixerunt esse, inde, fa-
 temur, colligi non potest, animo ab omni con-
 cretione vacuitatem tribui. Hanc vero illis non
 omnino fuisse ignorantem, aequa facile probari
 potest. Xenocratem, Cicero narrat Acad. Qu.
 lib. III. c. 39. docuisse, animum esse mentem,
 nullo corpore: qua de sententia ita iudicat, quod
 intelligi, quale sit, vix potest. Alibi de Fin. B.
 et M. lib. III. c. 14. quosdam refutaturus, *ani-*
mus, inquit, *non inane nescio quid est* (*neque enim*
id possum intelligere) *sed in quodam genere corpo-*
ris.



ris. Vnde fuisse, qui animum non concretum
 esse statuerent, recte colligitur. Haec conjectura
 mirum augetur loco Plutarchi lib. IIII. de pl.
 ph. c. 3. vbi Thaletem, Pythagoram, Platonem,
 Aristotelem, Dicaearchum et Asclepiadem me-
 dicum $\psi\chi\eta\gamma\tau\alpha\mu\alpha\tau\omega$, animum incorporeum
 statuisse, dixit, naturam ei tribuentes, quae mo-
 ueatur a se ipso, et mens sit, et actus naturalis
 et organie corporis, ad viuendum apti. His
 opposuit Anaxagoreos, Stoicos, Democritum,
 Epicurum, Heraclitum, qui vel ignem vel aerem
 vel tale quid animum esse censebant. Quis in
 hac contrarietate nativam vocis $\alpha\tau\omega\mu\alpha\tau\tau\omega$ signifi-
 cationem non cogitabit, quae ex ipsa philosophorum
 sententia confirmatur. Quin ipse Cicero
 Tusc. Qn. lib. I. c. 29 ita de animi natura dis-
 crit, vix ut materialista vniquam: *in animi cogni-*
tione, inquit, dubitare non possumus, nisi plane in
physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis ad-
mixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil
coagumentatum, nihil duplex. quod cum ita sit,
certe nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec di-
strahi potest: nec interire igitur. Non nescio,
 quae his opponantur. Sed, qui ex philosophis
 veteribus animum $\epsilon\nu\alpha\mu\alpha\tau\omega$ statuerunt, non
 tamen omnes tam crassas animi notiones habue-
 re, vt nunc materialistarum quidam, qui fibrillas

nerueas

nerueas cerebri, vel succum nerueum aut spiritus animales animum esse statuunt. Acutioris ingenii qui erant, a corpore illum satis bene separarunt, eumque vel *σοιχέιον σοιχεῖον*, rem minimam, vel ignem, vel aerem dixerunt. Quod si iam cogitamus, a barbaris philosophis, quorum philosophia erat allegorica et symbolica, multa accepisse graecos, praeterea illorum plerosque arcanam s. esotericam et publicam s. exotericam disciplinam tradidisse, ita ut initiatis discipulis aperte et plane ea propinarent, quae publice tantum symbolice proponebant: quis, cum tenuissimarum, minimarum et subtilissimarum rerum symbolis animi naturam vulgo explicarent, priuatum apertius de eius natura, ab omni concretione libera, disputasse, institui poterit. Colligo id ex Ciceronis verbis supra positis: *quod intelligi vix potest.* Verebantur scilicet, ne, si animum omni concretione carere, publice profiterentur, illum prorsus tollere vulgo viderentur, quod foret hominis cum ratione insanientis. Eius enim aetatis homines animum a sensibus ita soluere nondum didicerant, ut res sine concreta mole cogitarent. Multo id certe mihi videtur probabilius, quam philosophos hos subtile et acutos vel ignem vel aera cogitare, iudicare et ratiocinari non posse, ignorasse. Sed cum se-

E

cundum



cundum Ciceronem de Diuin. lib. II. c. II. *philosophi non sit, testibus uti — argumentis et rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere — nescio, quid inde emolumenti capiant nostri temporis materialistae, si vel omnino illis concedatur, vniuersalem huius sententiae fuisse olim assensum.* Quem si a nobis etiam impetrare voluerint, hac via et ratione incedant: 1. istas repugnantias, quas dogmatici nostri materiae cogitanti inesse, prolixo probant, prius nullas esse, ostendant, 2. praeter materiam non esse, neque esse posse res omnino simplices probent, 3. his rebus ab omni concretione liberis cogitationes repugnare, 4. suam sententiam vel experientia vel ratione commonstrent, praesertim, qui fieri possit, ut corpus cogitet. Quantum ponderis haec doctrina habeat, ipsi materialistae, licet dissimilant, non ignorant. Digna igitur est, quam penitus inquirant, atque vel maiori robore firment, vel tamquam errorem repudient.

Sect. III.

περὶ τῆς Φυκῆς] Nempe de essentia eius. In anima, 1. *θεῖα*, 2. *δύναμις*, 3. *ἐνέργεια*. G. Secundum Suidam, voce *δύναμις* Tom. I. p. 632. graecis *δύναμις* ad potentiam pertinet agendi, *ἐνέργεια* ad actionem, *ἐντελέχεια* ad vim agendi.

Aristo-

Aristoteles, suum de anima librum exorsus, ἐπι-
ζητῶμεν, inquit, θεωρήσαι καὶ γνῶναι τὴν τε φύσιν
αὐτῆς καὶ τὴν ἔσταυ. εἰ δὲ συμβέβητε περὶ αὐτῆν,
quaerimus contemplari et cognoscere naturam ipsius
et substantiam, postea quaecumque accidentū circa
ipsum. lib. I. c. 1. Φύσιν καὶ ἔσταυ τῆς ψυχῆς con-
templaturum, τὸ τι ἐστιν, inquirere, ibidem do-
cet. Vis animi, eiusque actiones cum sensuum
ope cognoscantur, facilior illarum fuit cognitio,
cum natura eius mentis rationisque exercitationi-
bus demum perspiciatur. Quo vero incertior
veterum de natura animi fuit cognitio, eo lucu-
lentior eius actionum in illis fuit intelligentia: id
quod ex illorum poetis, oratoribus et morum
scriptoribus appetat.

ἀπεφήνατο] In edit. Vuitteb. mendose legitur
ἀπεφήνατο.

ἄλλοι τὴν ἡδουην] Mirum. Lego aut δύναμιν,
aut ιδέαν αὐτῆς. Porphyrius in Gradibus, ψυχῆς
Φύσις ἐπὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἀγαθὴ μετέχειν δυνάμενον,
καὶ ἀγαθοειδὲς. Denique quis statuerit τὸ παποῦ
esse ἡδουην ψυχῆς? G. Videtur hic loqui de fi-
nibus bonorum, quas verborum concertationes
leges in quinque libris Ciceronis de finibus bono-
rum et malorum ad Brutum. Vuolfo verba sic
ordinanda videntur: ὁ μέν τις (τῶν φιλοσόφων)
καλεῖ τὴν ἡδουην ἀγαθὸν αὐτῆς (τῆς ψυχῆς.) Sed

E 2

non



non opus est. In margine edit. Seiler. adscribitur
μὴν post uici, quin etiam.

τὴν δὲ φύσιν] Vuolfius explicauit τὴν δύναμιν
καὶ διαμονήν, vim et permanzionem. Nam supra
de ortu siue materia animi locutus est, quae et
ipsa φύσις dici potest.

οἱ μὲν ἀθάνατον φασιν, οἱ δὲ θυητὴν] Vtrum,
animum immortalem esse, ex solo rationis lu-
mine probari possit, an ex sacra scriptura certo
tantum intelligatur, inter nostrae aetatis philo-
sophos adhuc disputatur. In quaestione hac ex-
pedienda, non subtiliter satis versati sunt huc us-
que philosophi. Non quaeritur, 1. vtrum animi
immortalitas philosophis gentilibus iam innotue-
rit: quod omnino aiendum est. Nam ex Plu-
tarchi lib. IIII. de plac. phil. c. 7. constat, Pytha-
goram et Platonem interitus expertem animam,
αὐτῷ τὸν εἶναι τὴν ψυχὴν statuisse, quam Deimo-
critus et Epicurus φθαρτὴν, τῷ σώματι συνδιαφε-
ρουμένην caducam, et simul cum corpore interire
dicebant. Ad immortalitatis animi notionem
acquirendam non opus fuit singulari lumine cae-
lesti. 2. Neque quaeritur, vtrum argumenta
istorum philosophorum ita sint comparata, ut
doctrinam hanc firmiter muniant ac roborent:
quod et nos negamus. Nec 3. inquiritur, vtrum,
nisi sanctior disciplina superuenisset, haec do-
ctrina

etrina tam dilucide, tamque plene nobis fuisset
 cognita, quod aequem negamus. Sed de eo lis
 est: utrum nostra aetate ex solo rationis lumine
 argumenta, quibus animi immortalitas demon-
 stretur, deponi possint; quod utique asserimus.
 Quod si vero quis, nos, diuinitus non collustra-
 tos, haec argumenta ignoraturos esse, dixerit,
 huic non repugnabimus, modo tam aequo in
 nos sit animo, ut argumenta, quae ratio, lumi-
 ne diuino excitata, indagauit, non ipsum illud
 lumen dicat. Argumenta, quibus nostri philo-
 sophi animi immortalitatem probant, in prom-
 tu sunt: neque satis est, veterum argumenta re-
 futare, si, doctrinam hanc ex ratione sola intel-
 ligi non posse, persuadere nobis quis voluerit.
 Is nostrorum argumentorum vim ac robur in-
 fringat, simulque ostendat, fieri non posse, ut
 intelligentiae nostrae ope haec doctrina percipia-
 tur. Perillustris Dargensius, philosophus huius
 aetatis princeps, tam in Philosophia senioris men-
 tis P. II. p. 51. sequ. edit. germ. quam in Ocello
 Lucano, ab ipso nuper edito, p. 75. edit. germ.
 passim, ut ante eum iam alii plures, animi im-
 mortalitatem ex sola ratione intelligi posse, ne-
 gauit: sed ea, quae modo desiderabamus, non
 praestitit. Periculosior nobis hic videtur error,
 quam ut, disseminari latius, a philosophis con-



cedi possit. Sunt enim, qui hac ratione doctrinarum amplissimarum scientiam suffodiunt. Quae si ex sola scriptura sacra percipi possunt, huius vero auctoritas, quod iidem aperte satis fatentur, fide, ecclesiae habenda, nititur, in quo tamen vehementer errant, quaenam, quaeso, erit harum rerum scientia? Nulla profecto. En scepticisini veram originem, natuam indolem, expressamque imaginem.

πρὸς ὄλγου ἐπιδιαμένοσαν] Stoici, inquit Cicerio, diu mansuros aiunt animos: semper, negant Tusc. Qu. lib. I. §. 31. Ita et Tertullianus. Stoici aliquod tempus animae indulgent, ab excessu usque in conflagrationem uniuersitatis. lib. de anima c. 54. Vu.

ἀποθηρίσων] Pertinet hoc ad Pythagoricam siue μετεψύχωσιν, siue μετενσωμάτωσιν, siue μεταγγισμῷ. Sunt verba Vuolfii, qui addit, fuit enim praestigiator eximus Pythagoras, qui aut renera ita sensit, aut, se ita sentire, simulauit.

οἰς ἀτόμες διαλύσον] Democriti et Epicuri, et ante hos Leucippi, qui Democriti magister fuisse perhibetur, opinio fuit, ex atomis orta esse omnia, in eademque corpuscula reuerti.

οἱ δὲ τρὶς] Suggerit Editionis Basil. et prioris Paris. (Seileriana quoque) lectio τρισέν σωματῶσαν, lectum hic initio, sicut emendauimus, neque

que enim mihi arridet τρίτου σωματόςιν, quomo-
do habet posterior edit. Paris. (et Vuitteberg.)
MS. οἱ δὲ τρεῖς ἐνσωματόσιν. Forte οἱ δὲ εἰς τρί-
τον, vel εἰς τρὶς ἐνσωματόσιν. Orphicorum opi-
nio huic affinis. Animae apud eum orant, ut li-
ceat eis κύκλῳ ληξαι. Origenes non multum hinc
abiit. Platonici omnes ψυχῆς ἀποκατάσιν sa-
ciunt. G.

ὅριζον] Edit. Seileriana habet in textu ὅριζε-
σαν, in margine vero ὅριζον.

καὶ γέροντες] Edit. Seiler. et Galeus habent εἰ,
Vuolfius vero et Vuitteb. οἱ, quod nobis magis
placet. Vuolfius habet ἐπαγγέλλονται, quod Sei-
lerus in interpretatione sua expressit.

Sect. IIII.

εὐρήματον] Sic Fronto Duc. et Ms. εὐρήματα
et εὐρήματα habent edit. Paris. G. et Seileriana,
quae in margine legit εὐρήματα, nec non Vuitteb.
εὐρήματα.

συγκατατιθέασαν] Editt. omnes συγκατιθέ-
ασαν. G. Vuitteb. συγκατιθέασαν.

ἄσμενος] Ms. ἄσμενως. Alterutrum ferri pot-
est. G.

εἰ δὲ] Forte οἱ. G. Ita legit edit. Seiler. in mar-
gine, et Vuolfius in textu.



ἄλλως] Melius, opinor, ἄλλος. G. quomodo legit et Fronto Ducaeus. Vu. et in margine edit. Seiler. et Vuolfius.

ὕλην εξ ὕλης μεταβάλλεσσιν] Haec plane falsa sunt: nam anima est ἄϋλος. Lege igitur ἕλην εξ ἄλλης. Hic MS pro μεταβάλλεσσαν adferit μετα-λαμβάνεσσιν. G. Editi hactenus male μεταβάλλε-σσαν. G. praeter Vuolffium, qui legit μεταβάλλεσσιν. Nescio, cur falsa haec dicat Galeus, cum ex mente philosophorum gentilium loquatur Hermias, qui animum ἄϋλον non omnes habuerunt. Ipsum Hermiam materialisti non adnumerandum, ex hac derisione aperie satis constat. Non igitur omnes ecclesiastici scriptores, quod tam auda-cter quidam hodie aiunt, animum ὕλην esse, cen- fuerunt.

παλιρρόιχ] Sic Fronto Duc. edit. sua Hermiae, quomodo etiam ὁ μακαρίτης Episcopus Cestrien- sis legendum monuit, ad oram libri sui in instru- ctissimi clarissimi Episcopi Noruicensis Bibliotheca. Editt. aliae παλερόιχ. G. In margine Seile- riana et Vuolfiana legitur quoque παλιρρόιχ.

με ποιεῖ] In edit. Seiler. legitur μὲν, in mar- gine vero με.

ἴδων] Lege ίδω. G. Sic in marg. Seiler. et Vuolfius.

Ἴπταμαι,

ἱπταμαι, πέτομαι] Alteram harum vocum explicationis gratia adscriptam in margine, scriba arripuit in textum. Vu.

ο Εμπεδοκλῆς] In margine Seiler. et Vuolfii editt. legitur ὅτε ἐμπεδοκλῆς.

Θάμνον με ποιεῖ] Empedoclis versus —

Θάμνος τ' οἰωνός τε ναι εἴς ἄλλος ἔμπυρος Ιχθύς.
Empedocles, utpote Pythagoricus, μετεμψύχωσι
tuebatur. G. Ad hoc ipsum respexit Tertullianus.
Sed enim Empedocles, quia se deum delirat,
idecirco opinor dignatus aliquem se heroum
recordari, Thamus et pisces fui, inquit. lib. de
anima c. 32. Vu. Secundum Laertium lib. VIII.
c. II. n. XII. s. sect. 77. Empedocles τὴν ψυχὴν
καντοῖα εἴδη γάρ την φυτῶν ἐνδύεσθαι: ait nempe,

Ηδη γάρ ποτ' ἐγώ γενόμην κοῦρος τε πόρη τε,
Θάμνος τ' οἰωνός τε, ναι εἴς ἄλλος ἔμπυρος
Ιχθύς.

Vide Aelianum περὶ γάρ την Θεῶν lib. XII. c. 7. De hac
μετεμψύχωσι Empedoclea lege plura apud Bru-
ckerum in H. C. P. Tom. I. p. 119.

Sect. V.

περὶ τῶν Θεῶν] Iustinus hanc primam partem
suae disputationis fecit, Hermeas secundam.

E 5

Non



Non debuit per omnia Iustinum sequi, voluit latere. G.

αὐδρεῖαν] An non melius *ἀγαθεῖαν*? G.

εἰ γὰρ] Lege oī. G. quomodo in margine Seilerus, et Vuolfius in textu, nec non edit. Vuitteb.

ἢ ζητᾶσι] Particulam & a sciollo aliquo iniectam, puto. Vu. In margine Seiler. legitur *ἐκζητᾶσι*, quod Vuolfius maluit.

τὴν τῶν Θεῶν] Ms. recte supplet *τὴν φύσιν τῶν Θεῶν*. G. Consulantur libri Ciceronis de natura deorum, in quibus tametsi praeclara quaedam insunt: tamen ineptissimis et monstrosissimis, non quidem ipsius Ciceronis, sed poetarum et vulgi opinionibus sunt referti. Ingenue Simonides Melicus confessus est, quo diutius, quid esset deus, cogitasset, eo minus dei naturam reperire potuisse. H. Vuolfius. Egregie Cartesius Princip. Philos. Part. I. §. 26. *Sane cum simus finiti, absurdum esset, nos infinitum comprehendere conari.* Quae imitanda modestia.

Sect. VI.

παρέχει τάξιν] Principio operis sui, a Plutarcho conseruato, sic Anaxagoras: Ομὲ πάντα χρήματα ἦν· γένες δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεπόμησε. Confer

Laertium

Laertium lib. II. §. 6. G. Omnes fere veteres philosophi tam barbari, quam graeci, in indaganda omnium rerum caussa et principio, canone illo, ex nihilo nil fit, male intellecto, ad errores grauissimos delapsi sunt. Ex nihilo nil fieri certum est, si de caussa efficienti et materiali sermo fuerit, ut philosophice loquamur. Nihilum enim neque efficiens, neque materialis caussa esse potest: de nihilo enim nihil cogitare licet. Certum quoque est, si res fiat, eius debere esse caussam: nam sine caussa nihil est. Certum quoque est, nihil sui ipsius posse esse caussam, s. se ipsum producere posse, per se fieri, aut oriri. Falsum vero est, ex nihilo nil fieri, si horum verborum is sensus sit: non posse rei, quae adhuc non adfuit, adesse tamen potuisset, vi aliena, etiam si caussa materialis non adfuerit, produci. Quam rerum ex nihilo productionem si quis ad adducere referre voluerit, id certe numquam probabit. Sed eo usque mentis a rebus mundanis solutione atque auocatione non adscendebant veteres philosophi, ut ens infinitum a mundo separarent, cuius infinita potentia is productus fit. Hinc ad duo errores fere omnes praecipites se dederunt, quorum alterum sistema emanatiuum, alterum dualisticum appellare solent nostri philosophi. Prior sententia, omnia ex deo emanasse, statuit,
 posterior



posterior vero duo rerum aeterna principia, materiam et ab eo separatam mentein s. deum, ponit. Huius auctor primus recte habetur Anaxagoras, ante quem Orpheus, Musaeus, Thales, Anaximander et Anaximenes, Ionici priores, et fere barbari omnes, nam Phoenices quidam exceptiunt, ex deo emanationem statuerunt. His plane consentanea tradit Cicero de Nat. Deor. lib. I. c. 10. n. illamque repugnantiam, quam Baylius, in eiusque defensione perillustris Dargensius in San. Rat. Phil. P. II. App. §. 4. his locis inesse putarunt, cel. Bruckerus Hist. Crit. Phil. Tom. I. p. 503. sequ. et Mosheimus ad Cudworthi Syst. intell. c. III. §. 20. not. 8. p. 122. ita tollunt, ut Thaletem mentem materiae inuolutam, Anaxagoras vero ab illa separatam intellexisse, recte dicant. Ita enim Plutarchus de plac. phil. lib. I. c. 3. de Anaxagora sentit: ἀποδειτέος οὖν ἐσίν, ὅτι τῇ ὑλῇ τὸν τεχνίτην προσέχειν, hic approbadus est, qui materiae artificem adiunxerit. Cumque Hermias noster, Anaxagoram primo loco ponat, dualistici systematis auctorem non obscure facit. De mundi aeternitate quaestio, quae huius quoque loci esse videtur, non igitur ex veterum philosophorum sententia agitanda est, quae non potest non esse spinosior, et contortior, cum suo, ex nihilo nil sit, implicarentur: sed ex no-

stris

stis de mundi causa principiis, quae ex ratione sola, illum ortum esse, contra perillustrem Dargensium prolixè probabant.

τέτω] Editi male *τούτες*. G. Vuolfius habet
τέτω.

Μέλισσος καὶ Παρμενίδης] Forte *Παρμενίδης καὶ*
Méliſſos, Melissus enim Parmenidis fuit discipu-
lus: nisi forsitan ob magnum in rep. administranda
nomen, magnamque inter ciues Samios auctori-
tatem praecedat. Vid. Bruckerus H. C. P. Tom.
I. p. 116.

ποιητικῶς] Initium esse vehementer suspicor.
Sufficit simplex *ἐπεσι*. Suidas ait scripsisse Par-
menidem Physiologiam δι' *ἐπῶν*. Cuius initium
reperies apud Empiricum lib. aduersus Mathemá-
ticos p. 157. quam et respexisse videtur hoc loco
Hermeas. Plutarchus in Erotico memorat eius
κοσμογονίαν, ut et *σοιχοποίαν* ipsius, in libro de
audiendis poetis. Quin et eiusdem poematum
fragmenta saepius occurrunt apud Clementem
Alexandrinum. Vu. Suspicionem hanc augent,
quin sententiam omnino confirmant, quae Laer-
tius habet libr. VIII. c. II. n. 2. Parmenidem *ἐν*
ἐπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγου εξενεγκεῖν, Theophras-
tum dixisse.

τὴν φύσιν ἐν εἶναι] Interpres non recte haec
vertit. Vult Hermeas, Parmenidem scisse *τὸν εἰναι*
esse



esse *εἰλαν*, esse *ἀπειρον*, etc. Sed nec id vñquam
 dixit Parmenides, quod ait Hermeas. Τὸ ἐν apud
 Parmenidem tertio gradu supra *εἰλαν* collocatur.
 Est quidem causa essentiae, sed remota; non au-
 tem proprie essentia: nam *εἰλαν* descendit απὸ τῆς
 ὕρως. Εὐ aliud est ab ente. Proclus et Damascius
 in Parmenide haec testantur. G. Numis properan-
 ter haec Galeus adnotauit. Fuit autem Parmeni-
 dis, quam recte Hermeas expressit, haec senten-
 tia: *τὴν εἰλαν* i. e. metaphysicam et abstractam
 vniuersi ideam, (Pythagoraei enim τὰ ὄντα, ut di-
 stinguerent a γνωμένοις, dixerunt, quae sola men-
 te cernuntur, aeterna, immutabilia ac materiae
 expertia. vid. Schefferus de Nat. Philos. Ital. p. 50.
 edit. Vuitteb. philosophi nostri dicunt rerum ef-
 fentias, quae sint aeternae, immutabiles, simpli-
 citer necessariae,) Εὐ εἰλαν esse vnam i. e. conti-
 nua serie inter se connexam et aptam, indiuisi-
 bilem atque inseparabilem, ναὶ τίδιον aeternam,
 nec a quoquam genitam, ναὶ ἀπειρον nullis ter-
 minis circumscriptam, ναὶ ἀνίηντον immobilem,
 stabilem et inconcussam, ναὶ παντὶ ὅμοιον sui sem-
 per omnino similem, et constanter suam natu-
 ram conseruantem. Accedunt huic sententiac
 Mosheimius ad Cudui. p. 486. et Bruckerus H.
 C. P. Tom. I. p. 116. Relicto igitur cum Xeno-
 phane, praceptorre suo, systemate dualistico et
 emanati-

emanatio ad tertium delapsi sunt, quo totum
vnum esse, deum mundum, omnia statuebant,
ita tamen, vt τὸ πῦρ ignis δημιουργὸς opificis, γῆ
terra vero ὑλὴς materiae ordinem teneat. v. Laer-
tius lib. VIII. c. III. n. 2. Nec puto ex Cicero-
nis verbis de N. D. lib. I. c. II. quibus Parmen-
idem deum Stephanen appellasse, dicit, continen-
tem lucis ardore orbem, qui *cingit caelum*, col-
ligi posse, cuius contrarium Hermias noster aper-
te testatur, illum vniuersum finitum statuisse,
terram s. materiam finitam utique existimauit esse,
non vero vniuersum. Parmenidem philosophi-
am metaphysicam a physica omnino separasse,
quod vel ex Laertio constat, fusius probare, loci
angustiae vetant. Procli et Damascii, Neopla-
tonicorum, vt et ipsius Platonis hac in re testi-
monium anceps valde est et dubium. Igitur satis
noster bene Anaxagorae placitis Parmenidis dis-
ciplinam opposuit.

πάντι ὅμοιον] Lege πάντη ὅμοιον, seu αὐτολλοίω-
τον (quomodo Melissi hypothesin exponit Laer-
tius lib. VIII. §. 24.) omnino, ex omni parte si-
mile. Vu. Vuolfius habet πάντη. Melissus se-
cundum Laertium l. c. vniuersum infinitum dixit:
vnde cum Hermias utriusque eamdem sententiam
tribuat, Parmenidem idem sensisse, liquido ap-
paret.



$\tau\eta\varsigma \varepsilon\mu\eta\varsigma$] $T\eta\varsigma \varepsilon\mu\eta\varsigma$ pro $\varepsilon\mu\theta$ reperitur alicubi. Forte deest *diabolus*, aut quid simile. G. Subst.
tuo $\psi\upsilon\chi\eta\varsigma$.

Sect. VII.

$\varepsilon\theta\omega\rho \varkappa\iota \alpha\eta\rho$] Quid sibi volunt ista, aerem
densatum, et in consistentiam redactum, fieri
aquam et aerem? legendum nullus dubito $\varepsilon\theta\omega\rho$
 $\varkappa\iota \gamma\eta$. Confer Ciceronis Acad. Quaest. lib. IIII.
§. 37. Vu. In margine edit. Seileriana voci $\varkappa\iota$
 $\alpha\eta\rho$ apponitur *absurde*. Vuolfius legit $\varepsilon\theta\omega\rho \varkappa\iota$
 $\gamma\eta$. Anaximenes mentein Anaximandri praece-
ptoris dilucidius exposuit, infinitum illud, omnium
rerum principium, esse aerem seu aethera substi-
lissimum, diuina vi secundum f. a spiritu diuino
inhabitatum atque animatum: hunc densatum at-
que extenuatum aliam atque aliam induere fa-
ciem. Lege plura apud Plutarchum de plac.
phil. lib. I. c. 3. qui Anaximenem reprehendit,
quod solam materiam sine causa effectrice po-
suit, exemplo luculento argentarii vtitur,
nec non apud Bruckerum H. C. P. Tom. I. p.
488. sequ.

$\varphi\gamma$] In margine Seiler. exstat $\varphi\eta\sigma\nu$, quomodo
et Vuolfius legit. Idem in adnotationibus habet,
 $\varphi\upsilon\sigma\nu \varepsilon\varepsilon\alpha\lambda\lambda\alpha\sigma\sigma\sigma\tau\alpha\iota$.

$\alpha\pi\tau\omega$

αὐτῷ τέτο] Magis placet *τέτῳ*. G. In margine Seiler. existat *αὐτῷ*, quod Vuolfius retinuit.

Sect. VIII.

ἔμβριμάμενος] Quaero an *ἔμβριμάμενος*, an *ἔμβριμημένος*, an denique *ἔμβριμάμενος* rectius sit. Codex Ms. male *ἔμβριμάμενος*. Aeneas Gazaeus δὲ *Εμπεδοκλῆς ἐκφοεῖ*. — Erat ille iactantior aequo. Praeter Simplicium in Physic. Aristot. et Stobaeum Phys. Eclog. multa pro Empedocle adfert Syrianus in Metaph. contra Aristot. G. Videatur potissimum Laertius lib. VIII. e. II. et ex recentioribus, qui instar omnium est, Brucke-
rus H. C. P. Tom. I. p. 112.

ἢ θραντὶ φίλα] Confer quae habet Iustinus Paraen. p. 5. ex Plutarcho de plac. phil. lib. I. c. 3. Athenagoram p. 22. Clementem Alexandri-
num p. 42. Vu. Empedocles, Agrigentinus, duplex rerum omnium principium statuit, agens alterum, alterum patiens: illud ignem s. deum, hoc materiam dixit. Materiae qualitates inesse primarias amicitiam et discordiam, quarum illa partes homogeneas iungat, haec heterogeneas separat. v. Aristoteles Metaph. I. I. c. 4. et Mos-
heimius ad Cudw. p. 459. Videtur tamen Her-
mias cum Clemente Alex. Empedocli hanc sen-

F

tentiam



tentiam attribuere, ut duo absolute prima principia, deum et materiam, sibi inuicem aduersa, *πολεῖς καὶ φίλιαι* dicat, quod ex recentioribus Vuolfsius de Manich. ante Manich. §. 30. p. 121. et Baylius Dict. Tom. III. art. Xenophanes, arbitrati sunt. Haec certamina aeterno rerum ordine ita fieri, ut inde elementa quatuor conflentur, vnde res omnes generentur, quae mythica iam fuit Graecorum theologia.

μέχρι τῶν προτίτρων τῆς πυρὸς] Ex verbis *ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέχρι Σοῶν*, hisque apparet, nostrum cum veterum pluribus, Horatio, Ouidio, Luciano, Tertulliano aliisque de Empedoclis morte ita sensisse, ut in Aetnae crateres s. foramina se coniecerit: quam fabulam praeter Strabonem recte reiicit Timaeus. v. Laert. lib. VIII. c. II. n. XI.

Sect. VIII.

ὅπος καὶ πρίσις] Pythagoricum axioma. Arefas apud Stobaeum Physic. Eclog. p. 105. G. Laertius lib. VIII. §. 51. *Πάντων χρημάτων μέτρον, ἀνθρώπος τῶν μὲν ὄντων ὡς εἰσὶ τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς εἰς τούτους.* Conf. Sextum Empiricum lib. aduersus Mathematicos p. 148. et lib. I. Pythag. Hypot. c. 32. Vu. Protagorae mens fuit, hominem

hominem esse normam de quacumque re iudi-
candi, eiusque in sensibus perceptionem: cum
vero homines varie afficiantur, in contrariam de
rebus omnibus partem eodem veritatis funda-
mento posse disputari: id quod ex Platone in
Theaeteto, Aristotele Metaph. lib. III. c. 5. lib.
X. c. 6. Cicerone Acad. Qu. lib. IIII. c. 42. Eu-
sebio Praepar. lib. XIII. c. 20. et hoc Heriniae
loco satis aperte constat. Praelusit ergo Acade-
micas et Scepticis vetustioribus, illorumque no-
stri temporis sectatoribus, qui iidem, quae sen-
tiri possunt, tantum esse res, quae autem ratione,
animique contemplatione percipiuntur, com-
menticia et fabulosa dicunt, in Epicuri sui ver-
ba iurantes, ipsi, ut noster bene dicit, *κολα-
νεύστι.*

μένει] Vuolfius habet *νέμει.*

Sect. X.

τὴν ἀληθείαν νείει.] Mallem *μηνύει.* G.

ναὶ ἐν τῇ ὑγρᾷ] Vuolfius inseruit *ναὶ ὅτι ἐν τῇ*
ὑγρᾷ.

ναὶ οὐ γῆ] Sententiam hanc Thaleti tribuit et-
iam Aristoteles Metaphysicorum lib. I. c. 3. Tha-
les, inquit, omnia ex aqua constare ait: *διὸ ναὶ*

F 2

τῇ;



τὴν γῆν ἐφ' ἄρτος ἀπεφύγει εἶναι. In hoc dogma
nescio an propendeat D. Petrus 2 Epist. III. §.
ἢ γῆ ἐξ ὕδατος οὐδὲ δι' ὕδατος συνεσθίσα, τῷ τῇ Θεῷ
λόγῳ. Vu. de Thalete plura apud Bruckerum
H. C. P. Tom. I. p. 465. sequi. Noster Thale-
tem, aquam non mundi solum, sed totius uni-
uersi dixisse principium, putasse videtur, nisi,
vocem τῇ πάντος omnia, quae in mundo sunt,
tantum significare, dixeris: quod eam ob cau-
fam mihi videtur probabilior, quia totius syste-
matis Thaletis ordo id postulat, et in primis
quae Aristoteles et Plutarchus de eo referunt.
conf. Pseudoorig. Philos. c. I. p. 22. Thales igitur
clariori voce explicuit, quid veteres physio-
logi ante sua tempora chaos dixerint. Hinc
Homerus:

Ωκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυπται,
Oceanus cunctis praebet primordia rebus.
vid. Plutarchus lib. I. de plac. phil. c. 3.

πειθῶ] In margine Seiler. legitur *πειθῶ*, quo-
modo et Vuolfius habet.

αὐτὸς] Lege *αὐτὸς*. Vu. quomodo Vuolfius
legit. Sic et Cicero Acad. Qu. lib. IIII. c. 37.
Anaximandrum Thaletis popularem et fodalem
dicit. v. Suidas in Anax. Tom. I. p. 17.

τὴν.

τὴν αἰδίου πίνησιν] Locus hic Herimiae, quem perperam Tatiano adscriptis Bruckerus H. C. P. Tom. I. p. 482. egregius sane est ad dispellendas istas tenebras, in quibus huc usque infinitum istud, quod Anaximander omnium rerum principium dixit, latuit. Videamus enim, aliud esse nihil, nisi aeternam istam motionem, qua alia orientur, intereant alia. Plutarchus lib. I. de pl. phil. c. 3. ita de Anaximandro sentit: *οὐκαρπάνει δὲ ἔτος, μηλέγων, τι ἐσὶ τὸ ἀπειρον, πότερον αἷρε ἐσιν, ηὔδωρ, ηγγῆ, η ἄλλα τινὰ σώματα, peccat autem in eo, quod non exprimit, quid sit infinitum, aerne, an aqua, an terra, aut alia quaedam corpora.*

Sect. XI.

εὐδοκιμεῖ] Fugger. Ms. legit εὐδοκιμεῖν: in margine adnotauit Seilerus εὐδοκιμεῖ, quod receptum ab omnibus.

Θερμὸν ναὶ ψυχρόν;] Nec aliter Laertius lib. II. §. 16. *ἔλεγε δὲ δύο αἵρεις εἶναι γενέσεως, θερμὸν ναὶ ψυχρόν.* Vu. Quam Plotarchus lib. I. de pl. ph. c. 3. Archelao tribuit, sententia, illum raritatem et densationem aeris principia sta-



tuisse, quorum hoc terra, illud ignis sit, hiscum facile conciliatur.

τέττα] Lege τέττω. Vu. Quomodo in margine edit. Seiler. et Vuolfsius.

μεγαλόφωνος Πλάτων] Iustini verba p. 30. G. Ex Plutarcho lib. I. de pl. ph. c. 7. cuius vestigia alibi manifeste premit Iustinus. Vu. Ob dicendi magnificentiam, libertatem, copiam ac sublimitatem. Vid. Cicero passim in Orat. c. 3. de Offic. lib. I. de Legibus lib. II. III. Laertius lib. III. f. 37.

παράδειγμα] Sunt hae Platonis ideae s. aeterna rerum sensibilium exemplaria et formae, quae propria substantia gaudent, et ratione atque intelligentia continentur. Legatur hac de re, qui instar omnium est, cel. Bruckerus in historia philosophicae doctrine de ideis. Aug. Vind. 1723. 8. et passim in Hist. Crit. Phil. vbi de theologia et physica Platonis copiosius agitur.

πῶς γὰρ ἐ μέλλω] In ora Seiler. et in Vuolfsius edit. legitur πῶς γὰρ ἐ; μέλλω —

Δίος ἄρμα πεποιηκότι] Respicit dictum illud Platonis in Phaedro, quod profert Athepagoras in Apologia p. 26. Vu. Ridet noster commentum harmatopoeias in Phaedro Platonis p. 1222.

B,



B. edit. graecolat. Francof. 1602. fol. quo mundi animae, quam Iouem appellat, atque sub ea duodecim animabus sphaerarum duodecim mundanarum, quibus subdit totidem ordines daemonum, totidemque singularium animarum, cursus accommodat, i. e. caelestia corpora ac sempiterna. Lege omnino de hoc animarum vehiculo Mosheimum ad Cudwirth. p. 103. sequ.

[*ζηλοτυπῶν*] Notentur hic mores Aristotelis, philosophorunque nouaturientium.

Sect. XII.

[*περιήγαμεν*] Legitur in margine Seiler. et Vuolff. editione *πέριηγαμεν*.

[*μεταμελόμενοι*] Malleum *μεταβαλόμενοι*. G. Seilerus in margine, Vuolffius vero in textu legunt *μεταβαλλόμενος*.

[*ἢ τι γε*] Certe *ἢ πι γε*. G. Sic legitur in margine Seiler. et Vuolff.

[*τι δὴ τὰ*] Vuolffii editio habet *τι δῆτα quid* *denum*.

[*νευρονοπόσι με τὴν ψυχὴν*] Haec ipsa phrasis occurrit apud Hermogenem. Vu.



Zῆνα] Melius apud Damascum, Ζῶντα μὲν
ἐνα, ναὶ Χθόνιον ναὶ Χθονίην. Haec fere sic
apud Laertium et alios. Sed Pherecydem ne-
mo adhuc recte intellexit. Notat Iosephus ei-
non ignota fuisse Hebraeorum dogmata. Per
Ζῶντα significat deum viuentem, per Χθόνιον
Adamum, per Χθονίην terram, et Euam, ma-
trem omnium. Hi tres in Genesi siue ποσμο-
νοῦ primi celebrantur. Mira sunt παραπλα-
τα de his apud Pherecydem et Sanchoniatho-
nem. Vide Euseb. Praepar. Euang. G. Hanc
sententiam quoque exposuit Isaacus de Beauso-
bre Hist. des Manichéens P. II. l. I. ch. 7. §. 4.
p. 325. Verum, quam anceps sit ac dubia, do-
cet Bruckerus H. C. P. Tom. I. p. 983. De
theologia aut philosophia Pherecydis conf. Laer-
tium lib. I. c. XI. n. 6. Ζεὺς μὲν ναὶ χρόνος εἰς
αἴτη, ναὶ χθὼν ἦν. Noster pro Χρόνος habet Χρό-
νος Saturnus, quo modo etiam apud Laertium
legendum esse coniecit Isaacus Casaubonus l. c.
Explicatio Herminiae Zῆνα esse aetherem, Χθο-
νίην terram, Χρόνον tempus, recte se plane ha-
bet: ita enim theogoniae omnes, quae Ioui et
Chao tempus adiunxere. Pherecydes enim
eamdem theologiam, quam ex Aegypto in
Græciam transtulere theologi antiquissimi, ha-
buit,

buit, quam genere poetico et mythico expressit.
Vide plura apud Bruckerum l. c.

ζηλοτύποι] Ms. *ζηλοτύπει*. Forte *ζηλοτύπεια*.
G. Vuolfsius habet *ζηλοτύπα*.

ἀτομά] Mallem *ἀτομά*. Vu. quomodo
Vuolfsius in margine habet. Vid. Laertius lib.
VIII. f. 30. quem secutus est Pseudoorigines phi-
losophum. c. XII. p. 88.

ελάχισα] Atomos scilicet. Ex his enim
omnia fieri primus asseruit Leucippus, teste
Laertio lib. VIII. §. 30. Vu. Leucippus ato-
mos inuenit, philosophiam autem atomisticam
in ordinem redegit Democritus, effinxit Epicu-
rus. vid. Cicero de N. D. lib. I. c. 43. Plutar-
chus de plac. phil. lib. II. c. 3. Plura hic non
damus.

Sect. XIII.

τὸ δύναται τὸ μὴ δύναται] Atomi plenum constitui-
unt, quod solum ens est, et solidum, non ens
inane et rarum. Aristoteles metaphys. l. I. c. 4.
Ita quidem Eleaticis antiquioribus se attempora-
runt huius scholae doctores. Plura dat Brucke-
rus H. C. P. Tom. I. p. 1187.



τροπή, η ἁυθμῷ] Ms. habet *τροπὴν καὶ ἁυθ-*
μῷν. G. In margine Seiler. legitur *ἁυσμῷ*, quod
Vuolfio placuit.

ποιεῖ] Vuolfius habet *ποιεῖν.*

πῦρ] Eadem habet Plutarchus de pl. ph. l. I.
c. 3. Iustin. p. 4. Clemens Alex. p. 42. Vu.

μεταπειθοὶ μὲν] In margine Seilerus ha-
bet *μεν.*

ἀραιότης] Inter ipsius effata etiam illud recen-
set Laertius: *πῦρ εἶναι σούχεῖον· καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν*
τὰ πάντα σφριώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα. lib.
VIII. §. 8. Vu.

Sect. XIII.

Κλείνθης ἀπὸ τῆς Φρέατος] Facete et false ex-
agitat Cleanthem: qui *κατὰ πυρωνομίστην Φρείντ-*
λης appellatus fuit, quasi suam sapientiam non e-
schola Zenonis, sed ex hortorum puteis hausif-
feret, quos noctu, sumpis emerendae causa, riga-
bat, vt esset, vnde interdiu et vicitaret et phi-
losopharetur. Hier. Vuolfius ex Laertio lib. VII.
c. V. n. 2.

τῇ δόγματος] Sic edit. Basil. τῇ deest ex incuria
in edit. Parisi. G. et Vuitteb.

ἀγειμῷ]

ανειμῶ] Ms. *ἀνιμῶν*, quod sanius. G. Seilerus
in margine *ἀνιμῶ*, quod Vuolfsius maluit.

ἀρχὰς] Vocem hanc, quae comparet in edit.
Basil. desideratur autem in edit. Paris. (et Vuit-
teb.) restituimus. G. Seilerus et Vuolfsius ha-
bent.

Θεὸν πατὴλην] Nihil tale reperias in vita
Cleanthis apud Laertium. Verum Stoici, e quo-
rum secta Cleanthes, materiam aeternam esse
statuebant, vti et Haeretici Marcion et Hermo-
genes. Vu. Elegans locus ad definiendam theo-
logiam et philosophiam Stoicam, mire cum
Plutarcho de pl. ph. lib. I. c. 3. conséntiens, qui
Zenonem *ἀρχὰς μὲν τὸν Θεὸν, πατὴλην* po-
nuisse, testatur.

ἀέρα Φέρεθαι] Supple *ἄνω*, vel *ἀνώτερον*. Su-
pra ignem scilicet. Vu. Vuolfsius putat, inuer-
sa esse verba, et sic legendum hunc locum: *τὸν*
*δὲ ἀέρα εἰς τὰ περιγεία χωρεῖν, τὸ δὲ πῦρ ἄνω Φέ-
ρεθαι.*

τὴν δὲ Ψυχὴν] Cleanthes, teste Cicerone lib. I.
de N. D. §. 14. *Tum ipsum mundum, dum di-
cit esse, tum totius naturae menti, atque ani-
mo, tribuit hoc nomen.* Tertullianus item de
Creatione omnium edifferens, Apolog. c. 21.

Haec,



Haec, inquit, Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem uniuersitatis affirmat. Vide de Anima mundi plura in Notis ad Tatianum. p. 12. Vu.

μετέχοντας] Editi μετέχοντος. G. praeter Vuol-

fium.

Sect. XV.

τέτων τοσέτων] Inseruit cum Seilero Vuolfsius τέτων τοίνυν τοσέτων.

Κλιτόμαχος] Scribe Κλειτόμαχος. De eo Menagius ad Laertium, G. Sic legit Vuolfsius.

δύμιληται] Vuolfsius habet δυμιληται.

αῖσι τῇ ἀληθεῖ] In margine Seilerianae voci αῖσι apponitur nihil. Vuolfsius omisit, et Vuitteb.

τῇ ἀληθεῖ Φαντασίᾳ] Notat Cicero, Clitomachum hunc, qui Carneadis dogmata expousit, quatuor scripsisse libros de sustinendis Assensionibus. Acad. Qnaest. lib. IIII. §. 31. Vu. Veteres Academicci et Peripateticci, Varro et Cicerone auctoribus, eadem fere tradiderunt. Noui autem Academicci, quorum auctor perhibetur Arcesilaus, cuius sectator celeberrimus fuit

scit Carneades, tanta vir eloquentia, dicendi que vi praeditus, ut quiduis hominibus persuadere posse videretur, negarunt, quicquam posse certo percipi: sed institutis et legibus et opinioribus omnia teneri. Hac de re exstant duo libri Academicarum quaestionum Ciceronis, altero etiam mutilato, cum quatuor scripsisset initio, eosdemque postea in duos conflasset: et Sexti Empirici magnum volumen, quod inscribitur contra Mathematicos: et tres libri Pyrrhoniarum *πυρροθεστων*. Voluerunt scilicet hi coarguere temeritatem eorum, qui quiduis temere affirmarent, sibique pene omnia comperta esse, contenderent: quemadmodum de Heraclito memoratur, professum esse initio, se ignorare omnia: post vero, omnia sibi esse comperta, affirmasse. Sed his id evenit, quod scribit Horatius:

Dum vitant stulti vitia, in contraria curunt.

Incudit in Scyllam, cupiens vitare Charibdim.

Hier. Vuolfius. Qui fiat, ut haec philosophia Carneadis, Afri, et Clitomachi, Carthaginensis, (v. Laert. lib. IIII. c. VIII. X.) nostris diebus



bus iterum efflorescat, pluresque illam sequantur, mirari satis non possum. Quod si enim $\alpha\mu\alpha\tau\acute{\alpha}\lambda\eta\pi\tau\alpha$ τὰ πάντα, ipsa quoque philosophia Carneadea incerta est, atque adeo reliquis non praestat. Quis vero τὰς ποινὰς ἐννοίας, notiones communes, omnisque cognitionis humanae principia, et quae ex illis mathematica ratione sequuntur, percipi non posse, probabilitum ratione dicere potest: quod tamen fieri necesse est, si, percepti esse nihil, concedamus. Sed hanc philosophiam refutaturus faecius actum ageret. Crambe bis cæsta mors est.

Sect. XVI.

συμφυλέται] Vuolfsius habet *συμφυλίται*.

ἀρχὴ τῶν πάντων ή μονᾶς] De hoc omnium rerum principio, deo & monade consule cel. Bruckerum H. C. P. Tom. I. p. 1078. sequ.

ἐν δὲ τῶν σχημάτων] De his Arithm. Theologumena bis, et Plutarchus Mor. p. 427. 887. 1003. Et, si recte memini, Theo Smyrnaeus. G. Plutarchus lib. I. de pl. ph. c. 3. Πυθαγόρεος ἀρχὴς τὰς ἀριθμάς, ναι τὰς συμμετρίας τὰς δι τάτοις, ἃς ναι αρμονίας καλεῖται τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων

τέρων τύποις, σοιχεῖα, παλέμενα δὲ γεωμετρικά.
Pythagoras rerum principia consuit esse numeros,
eorumque inter se proportiones sive concinnitatis,
et ex utrisque composita elementa, quae
geometrica dicuntur. Confer Iustinum p. 5.
 Vu.

τὸ μὲν πῦρ] Eadem Pythagorae opinio accurrit apud Plutarchum lib. II. c. 6. de plac. Philos. Πυθαγόρας, πέντε σχημάτων ὄντων ερεῖν,
 ἀπερὶ παλεῖται πολὺ μαθηματικὰ, ἐν μὲν τῇ πύρᾳ
 Φησὶ γενονέναι τὴν γῆν, ἐν δὲ τῆς πυραμίδος τὸ πῦρ,
 ἐν δὲ τῇ ὄντακέδρᾳ τὸν αέρα, ἐν δὲ τῇ εἰκοσακέδρᾳ
 τὸ ὕδωρ, ἐν δὲ τῇ δωδεκακέδρᾳ τὴν τῇ παντὸς σφαιραν, Pythagoras, cum sint quinque formae solidorum corporum, (mathematica etiam haec vocantur) e cubo ortam ait terram, e pyramide ignem, ex octo basium corpore aerem, e viginti basium formā aquam, e duodecim basium solidō globum uniuersi. Vu.

ἴκασον ἰσόπλευρον] In margine Seiler. additur δὲ, ίκασον δὲ, quomodo et Vuolfius habet.



ἐπι τριγώνων] Seileriana et Vuolfiana edit. ad-
dunt ὄρθογωνίων.

τὸ δὲ ὅδωρ] Mire mendosa hic omnia: in
hunc aut similem modum restituantur. Τὸ δὲ
ὅδωρ συμπληρεῖται ὑπὸ ἐπατόν εἴκοσι τριγώνων, πε-
ριεχόμενον ἵσοις καὶ ἴσοπλεύροις εἴκοσι· εἰκάζεται
δὲ εἰνοσταέδρῳ, ὃ δὴ συνέσηκεν ἐξ ἵσων καὶ ὄρθογω-
νίων τριγώνων ρ. π'. ὁ δὲ αἰθήρ ὑπὸ ἐπατόν εἴκοσι
τριγώνων ὄρθογωνίων συμπληρεῖται, περιεχόμενον
θώδενα πενταγωνίοις ἴσοπλεύροις, καὶ ὄμοιός ἐστι δω-
δεκάεδρῳ, ὃ δὴ συνέσηκεν ἐπι τῶν τριγώνων ἐπατόν
καὶ εἴκοσι. οὐ γῆ συμπληρεῖται ἐπι τριγώνων μὲν η'
καὶ μ', περιέχεται δὲ καὶ τετραγωνίοις ἴσοπλεύροις
ἴση, ἐστι δὲ ὄμοια κύβῳ. ὁ γάρ κύβος ὑπὸ σ' τετρα-
γώνων περιέχεται, ὡν ἔπειτο εἰς η' τριγώνας ὥσε
γίνεται τὰ πάντα η' καὶ μ'. Aquam autem cen-
tum et viginti triangulis impleri, contineri au-
tem aequalibus et acqualateris viginti, et compa-
rari Icosaedro, quod constat ex aequalibus et ae-
quilateris triangulis centum et viginti. Aetherem
vero perfici centum et viginti triangulis rectan-
gulis, et contineri duodecim Pentagonalis aquila-
teris,

teris, ac similem esse Dodecaedro, quod constat ex triangulis centum et viginti. Terram constare ex triangulis rectangularibus octo et quadraginta, contineri vero quadrangularis aequilateris sex et aequali cubo. Cubus enim sex quadrangularis comprehenditur, quorum unumquodque diuiditur in octo triangula, ut sint omnia simul quadraginta et octo. Vu.

εἰνοσὶ σ' δὲ πρῃ.] Ms. εἰνοσὶ σ' δὲ οὐ πρῃ. G.
 Perperam legebatur in Editt. Paris. (et Vuitteb.)
εἰνοσίς, aliter licet in Edit. Basil. Vu. Vuol-
 fius hic ex margine Seiler. editionis legit *εἰνοσὶ*
εἰδάνεις, εἰσὶ δὲ πν.: fateturque, se ista nec in-
 telligere, nec intelligendi spem ullam habere,
 ac doctioribus explicanda relinquere. — Craf-
 fas Philosophiae Pythagoricae tenebras non mi-
 rabitur, qui, quam arcana ista ab ipso auctore
 habita sit, cogitauerit. Id tamen certum esse
 videtur, Pythagoram, Aegyptiorum methodo
 innaturatum, notionibus, figuris et terminis geo-
 metricis et arithmeticis rerum naturalium prin-
 cipia significasse, et, quae de rebus spiritualibus

G

et



et naturalibus philosophatus est, his symbolis proposuisse, quorum tamen apertam explicacionem frustra exspectamus. Noster igitur recte τὸ μέγα καὶ ἀπόρρητον, magnum illud et arcanum dixit: ἀρχὴ τῶν πάντων η̄ μονὰς· εἰ δὲ τῶν σκημάτων αὐτῆς, καὶ εἰ τῶν ἀριθμῶν τὰ σοιζεῖα γίνεται, omnium initium est monas, e cuius figuris et numeris elementa sunt. Cunctis enim rebus compositis cum initia adscriberent hi homines ex simplicibus, ea monades dixerunt. Vid, Bruckerus H. C. P. Tom. I. p. 1051. Coniunxit igitur Pythagoras numeros cum figuris geometricis, ut rerum principia adumbraret: id quod Aristoteles lib. I. de Anima c. 2. expressis verbis testatur: οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ τὰ εἰδη αὐτά, καὶ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἐλέγοντο, numeri enim formae ipsae et principia entium dicebantur. Hinc punctum unitatem esse, lineam binarium, superficiem ternario similem statuit. Triangulum manifeste ternario contineri, adeoque simpliciter esse principium generationis, et omnes ele-

elementorum constitutiones esse trigonas. Tam theologiam Pythagoricam ex Pythagoricis commentariis luculenter in primis Alexander in successionibus descripsit, cuius verba Laertius lib. VIII. c. I. n. XVIII. habet: Αρχὴν μὲν τῶν ἀπάντων, μονάδα· ἐν δὲ τῆς μονάδος, αόριστον δυάδα, ἡς ἐν ὅλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὅντι υποσῆμαι· ἐν δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς αόριστος δυάδος, τὸς αριθμὸς ἐν δὲ τῶν αριθμῶν, τὰ σημεῖα· ἐν δὲ τέτων, τὰς γραμμὰς· ἐξ ᾧν, τὰ ἐπιπέδα σχήματα· ἐν δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ σερεὰ σχήματα· ἐν δὲ τέτων, τὰ σερεὰ σώματα, ᾧν καὶ τὰ σοιχεῖα εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, αέρα· ἣ μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπειν δι’ ὅλων, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν κόσμον ἔμψυχον, νοερὸν, σφαιροειδῆ, μέσην περιέχοντα τὴν γῆν, καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ, καὶ περιοικεμένην. Principium quidem omnium esse unitatem. Porro ex unitate, indefinitam dualitatem, veluti materiam auctori unitati subiecisse. Ex monade vero ac indeterminata dualitate numeros gigni; ex numeris punctas; ex punctis lineas; ex qui-



bus planae figurae constent. Ex planis autem solidas figuras; ex quibus item solida consistere corpora, quorum et quatuor elementa esse, ignem, aquam, terram, aerem, quae per omnia trans- eant ac vertantur, ex quibus mundum fieri ani- matum, intelligibilem, rotundum, medium ter- ram continentem, quam et ipsam rotundam esse et globosam, ac circum habitari. Herum ver- borum si quis, hoc certe non alias, sensus est ex Pythagorae mente i. Ex nihilo nihil fit, 2. omnia itaque constant uno toto, adeoque monas non tantum principium omnium rerum, sed chaos quoque et comprehensio est, etiam rationum seminalium, 3. habere vero in se istam unitatem non tantum αὐτοματισμὸν i. c. actuum principium, sed et materiam crassio- rem, passiuam et mutabilem, sive 4. dy- da gigni quidem à monade, huic tamen, tamquam principio suo actuo, duadem, tamquam materiam, opponi, 5. ex agitatione materiae, facta a monade, tandem productum mun- dum,

dum, hacque triade perfectissimum uniuersi opus productum esse: in quo cum omnia peculiari principiorum particularium tum intelligibilium tum materialium coniunctione content, inde reliquos numeros exortos esse, donec decem circulorum configuratione et constitutione totus mundus perfectus sit. 6; Monada s. deum ex se produxisse alia principia, deos, daemones, heroes, animas, ut illa materiam agitantia, essentias formasque ei tribuerent: hasque potentias et intelligentias numerorum quoque symbolis adumbrari posse. Confer. Bruckerus H. C. P. Tom. I. p. 1078. Vtrum haec ad verborum, quibus Hermias utitur, meliorum quid faciant intelligentiam, lectorum sit iudicium.

τριγωνα] Supple διαιρεται. Vu.



Sect. XVII.

Τὸν μὲν δὴ πόσμον] Ms. τὸν μὲν τὸν πόσμον.
G.

Πυθαγόρας μετρεῖ] Seilerus in margine apposuit τὰτον τὸν τρόπου, η ἔτω μετρεῖ. Vuolfsius retinuit ἔτω μετρεῖ.

ἄλλ' εἰ μὴ] In textu Seilerus legit ἄλλὰ μὴ, sed in margine ἄλλ' εἰ μὴ.

οἴχεται η τῇ Διὸς ἀρχῇ] Proverbialis hyperbole, de maximo periculo, εἰρωνικῶς potissimum usurpanda, cuiusmodi et illud est, metuere ne caelum ruat. Hier. Vuolfsius.

μετρήσω] Ms. πάλιν μετρήσω. G.

μάθη] Vuolfsius habet πάθη, mendose.

καὶ Φαγὼν ἑλαίας καὶ σῦνα] Allusio est ad αἱρέσχη τῶν ἐμψύχων Pythagoricam. Vicitarunt enim Pythagorei herbis, frugibus et fructibus, rebusque ceteris e terra nascentibus. H. Vuolfsius.

τὴν

τὴν μὲν γῆν] Vuolfsius καὶ τὴν μὲν γῆν.

μᾶς] Vox haec, quae occurrit in Edit. Basili. deest in vtraque Edit. Paris. (etiam Vuitteb.)
Vu. mendose Vuitteb. habet παρέχομαι.

ζυγῷ ισάς] Fortassis ἐπὶ ζυγῷ, dicitur et una voce ζυγοσατεῖν, librac imponere, trutinare, ponderare. H. Vuolfsius.

Sect. XVIII.

προσιύψας] In margine Seiler. *προσιψας*, quomodo et Vuolfsius habet.

μεμέτρηκας] Seilerus et Vuitteb. habent μεμέτρικας.

εἰσ δὲ κόσμοι πολλοὶ καὶ ἀπειροί] Epicuream doctrinam, esse mundos numero infinitos, huic nostro partim similes, partim dissimiles, testantur Lucretius de rerum natura lib. II. v. 1022. sequ. Plutarchus lib. II. de plac. phil. c. 1.



Democritum, Epicurum et discipulum eorum Metrodorum infinitos mundos in infinito censuisse, ait. Conf. Laertius lib. X. s. 45.

ἐπιστιασάμενος] Ms. *ἐπιστισάμενος*, ut *ἐπι-*
στισμὸς. G. Seileri et Vuitteb. editt. habent *ἐπι-*
στιασάμενος, Vuolfius *ἐπιστισάμενος*.

καινὸν] Seiler. et Vuolfius legunt *καινὸν*. Po-
sterior addit: potest et hoc legi per ε. Nam
atomos per inane volitare affirmavit. Sed *και-*
νὸν per αι rectius fortasse scribitur.

εἰς κόσμον] Supple *τρίτου*. G. Vuolfius ha-
bet *εἰς γ' κόσμον*. In Seiler. legitur *εἰς τὸ κόσ-*
μον.

καὶ χιλιοῖς] Sic Edit. Basileensis et Ms. Co-
dex eruditissimi Galei. In Editione tamen vtra-
que Parisensi (et Vuitteb.) desiderantur haec
verba. Vii.

ἀπαγτα] Vuolfius habet *απαγτᾶ*.

μέλλων]

μέλλων] Ms. *μέλλων*. G. Sic ex margine Seiler. Vuolfius quoque.

κατὰ τὰς ἀτόμας] Lege *καὶ τὰς ἀτόμας*. Vu. quomodo Seilerus in margine, et Vuolfius in textu legunt.

αναγνώσων καὶ] *καὶ* non legitur in Vuitteb.

εὐδαιμονῶν] Ex margine Seil. legit Vuolfius *εὐδαιμονεῖ*.

Sect. XVIII.

Τῶντα μὲν τοινυν διεξῆλθον] Conclusio, quae finem huius scripti docet. Scilicet cum de ortu mundi, ceterisque naturalibus rebus nihil certi tradat gentilium philosophia: omissis variis et incertis opinionibus, in sacrarum litterarum auctoritate esse acquiescendum. Hier. Vuolfius. Ultima Hermiae verba digna sane sunt, quae probe attendantur. Gentiles enim



philosophos culpat, quod nulla re euidenti,
et ratione perspicua doctrinas suas confir-
ment. Experientiam ac rationem omnis scien-
tiae nostrae esse principia, quis est, qui igno-
ret? Haec vero ab ipsis philosophis vel ne-
gligebantur, vel non satis usurpabantur. Hinc
illa sententiarum dissidentia, hinc opinionum
monstra ac portenta. Aliorum nimis auctori-
tate nitebantur, suamque verum videndi, iu-
dicandi, atque investigandi mentis viam parum
adhibebant. Sensibus magis, et phantasia res
contemplabantur, quam intelligentia ac ratio-
ne. Potissimum vero in mentis a rebus sensi-
bilibus solutione non satis se exercebant, ne-
que eo adscendebant, quo pertingere potui-
sent. Saepius quoque error, quem funda-
menti loco ponebant, reliquos errores peperit;
a quo tamen, si accuratione maiori vii fui-
sent, facile sibi cauere potuissent. Ut plura
non

non addam. Qui ergo sit, vt gentiles hi philosophi nostra aetate tantae auctoritatis esse, quibusdam videantur, vt p[ro]ae illis omnis, vel sanctior disciplina negligatur, aut tanti non aestimetur? Temporibus nostris maxime opportu[n]am huius *diaconop[hi]s* lectionem esse putau[er]e, quae si, profanae gentilium philosophiae quantum aestimationis detrahit, sacris tantum litteris addet, utriusque aequum praestabit lectorem: id quod impense ab illo optamus. Quidni vero Hermias in scriptiunculae calce doctrinae christiana, quae luculentius ac certius haec omnia docet, ne verbo quidem mentionem facit, ut Vuolfsius in sua adnotatione? Noluit, si ego quid sentio, sanctissimam doctrinam cum ista profana conferre, quod infra eius dignitatem esse videbatur. Satis ipsi pro fine suo erat, philosophorum gentilium, quos infectabatur hoc scripto, repugnantias ostendisse. Lectorum,

immo



immo Auditorum iam erat, de philosophia ista
iuste statuere, certioremq[ue] doctrinam, quae
publice tum temporis iam tradebatur, quaque
imbuti iam erant, qui haec vel audiebant,
vel legebant, sequi, in illaque
persistere.



AVCTO-

A V C T O R E S
P R A E C I P V E P H I L O S O P H I
Q V O R V M M E M I N I T
H E R M I A S

A.

Anaxagoras.	s.
Anaximander.	t.
Anaximenes.	s.
Archelaus.	t.
Aristoteles.	s. d. t. B.

C.

Carneades.	t. e.
Cleanthes.	t. d.
Clitomachus.	t. e.
Critias.	B.

D.

Democritus.	B. t. y.
Dinarchus.	B.

E.

Epinomis.	d. n.
Epicurus.	d. n.

H.



H.

Heraclitus.

$\beta.$ 17.

Hippon.

$\beta.$

L

Leucippus.

$\beta.$

M.

Melissus.

$\varsigma.$

P.

Parmenides.

$\varsigma.$

Paulus Apostolus.

$\alpha.$

Pherecydes.

$\beta.$

Plato.

$\alpha\acute{\epsilon}.$

Protagoras.

$\vartheta.$

Pythagoras.

$\beta.$ 15. 12.


T.

Thales.

$\iota.$



HELMSTADII
OPERIS MICHAELIS GVNTHERI
LEVCKART



Ig 79

X23688HD

ULB Halle
006 309 763

3



VO 18

ULB

B.I.G.

Farbkarte #13



ΕΡΜΕΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ

HERMIAE PHILOSOPHI
GENTILIVM PHILOSOPHORVM
IRRISIO

CVM ADNOTATIONIBVS
HIER· VVOLFII THOMAE GALEI
VVILH· VVORTHII SVISQVE

GRAECE
IN VSVM PRAELECTIONVM
SEPARATIM EDIDIT
IO·CHRISTOPH·DOMMERICH

DIALECT· ET PHILOSOPH· PRIMAE PROFESSOR
P· O· IN ACADEMIA HELMSTADIENSIS

HALAE
APVD CAROLVM HERMANNVM HEMMERDE
M D C C L X I I I I